gas lauo·quod mĩme de anima mea ma
culata facio·

¶ Quare et ꝓpter quez fructum Jheſus chriſtus talia fecit

O Res mirãda·Innocens oĩm pecca
toꝝ penitentiã ꝓ peccatis ſeruat·Im-
maculatus ſe lauat·deus cuz beſtijs in de-
ſerto morat᷑·deus a diabolo temptat᷑·Sz
quare dñe Jeſu ꝓpter me miſeꝝ volebas
penitere·lauari·in deſerto morari·a diabo
lo tẽptari:Vere dñe Jeſu tu immunis ab
oĩ̄ peccato ⁊ indign⁹ oĩ̄ penitẽtia·volu
iſti opera penitẽtie exercere· vt mihi dares
exẽpluz ꝙ q̊tiens ꝑ peccatũ a grã et a vita
in mortẽ cado· totiens per opera penitẽtie
ad grãz reſurgere valeo ¶ Ve mĩ hoi indu
rato:ꝙ ita tard⁹ ſuz ad pniaz ⁊ tã ꝓmpt⁹
ad culpã·nec pnia dei mei p̄t me emollire

Si em̄ indicit̄ pro penitētia mihi· vt vadā ad eccliam·ad choꝝ orare· potius ireꝫ ad foꝝ ſpeculari ⁊ inutiliter [illegible]are· Si indicitur mihi ꝓ penitētia in via dei ⁊ ſanctoꝝ ambulare ⁊ ꝑegrinari· potius vellē corei/zare· ⁊ pedes meos in via iniq̄tatis laſſari· Si indicit̄ mihi ieiuniū· potius ireꝫ ad cōuiuiuꝫ· Si audio ſtatuta ieiunia ꝓnunciare· ſentio carnē meā reclamare ⁊ mur/murare· Plus em̄ diligo carniſpriuiū q̄ꝫ ſcm̄ quadrageſimale ieiuniū· Itē dn̄e Je/ſu voluiſti in aq̄ abſq̄ꝫ tua indigentia baptiſari· vt per contactum tue mundiſſime carnis·aque effectum abluendi me a pec/catis tribueres Tu volebas ire in deſertū et ſolitudinem· Et propter me eſſe ſocius ferarum·vt me deſertum et deſolatum ho/minem faceres ſocium celeſtium turbaꝝ Tu volebas domine Jeſu Chriſte ieiunare·famem ⁊ ſitim pati propter me·vt me ieiunantē manna ⁊ pane celeſti ſatiares· Item domine Jeſu tu volebas a diabolo

temptari·et ip̄m vincere ꝓpter me·ꝛ mihi frequenter temptato a diabolo vincendi formam oſtenderes

Quomodo fructus penitētie Christi Jeſu debet impetrari

Rogo te domine Jeſu chriſte per tuam miſericordiā quatinus mihi vitam penitētialem tribuere digneris in hoc tempore gratie·in quo vna dies penitētie plus tibi placet·ꝛ plus mihi valet q̄ȝ mille dies poſt hanc vitam·quia tot ꝛ tanta ſunt peccata mea·et ſi differo ad aliam vitam· male habebo·cum anime in alia vita penitentiali ſemper clament·frequenter orent· ieiunent·vigilent·ꝛ modicum releuantur ſed duriſſimis penis cruciantur·a quibus me abſoluere digneris·Qui viuis ꝛ regnas in ſecula ſeculorum·Amen

¶ Hora ſeptima de cena domini dei noſtri

Deus in adiutorium meum intē/de. Domine ad adiuuādum me feſtina. Gl'a patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in ꝑncipio. ⁊c̄.

Fundamētū meditatōis

Adiuua me domine Ieſu chriſte deuote meditari cenam quā feciſti cum diſcipulis tuis ⁊ omīa alia ibi peracta

¶ De gaudio ⁊ fruitōne Ieſu chriſti in cena



Eya dñe Jeſu dulciſſime deus q̄nto deſiderio ꝛ quāto amoꝛe deſideraſti cum tuis diſcipul' comedere et cenare. Qꝫ amicabile. Tale vltimū an̄ q̄ꝫ per moꝛtē tuā de hoc mundo tranſires. volebas eis dare. O amātiſſime deus q̄ꝫ benigne ꝛ amicabiliter diſcipulis cibū appoſuiſti. ꝛ potum p̄buiſti. O quotiens in menſa ipōs tuos dulciſſimos amicos tā leto vultu. taꝫ iocundis oculis inſpexiſti. et q̄ꝫ dulces collocutiones et vtiles cum eis habuiſti

De lotione pedum diſcipuloꝛum

Eya nobiliſſime deus. vniuerſoꝛuꝫ rex ꝛ dñatoꝛ celi ꝛ terre. ꝛ oīa q̄ eoruꝫ ambitu cōtinētur. quantā humilitatē oſtendiſti. qñ flexis genibus ad terrā pꝛocidiſti. et pedes diſcipuloꝝ tuoꝝ p̄tes coꝛpis ignobilioꝛes lauiſti. O pu/

riſſime deus quãto zelo puritatẽ dilexiſti
vt in electoꝝ pedibus· modicã feditatẽ ſu/
ſtinere nõ potuiſti· Sz vt eſſent ſpecioſi pe/
des euãgelizantiũ pacẽ· ꝛ ab om̃i mũda/
ne cõuerſatõis ꝛ terreno puluere mũdi· eo
rum pedes abluiſti· Eya Petre· eya om̃es
alij diſcipuli· quãtũ vr̃a corda timuerũt
ꝛ obſtupuiſtis O q̃ȝ inuite lauari pedes ve
ſtros a dño creatore vr̃o admiſiſtis Et po
ti⁹ vos lauare dñi pedes vnanimiť ꝯdixiſtis

De ſacramento

Eya dñe Jeſu chriſte· quãto vincu
lo amoris tuis diſcipulis alliga/
tus fuiſti· qñ ipis in ſacramento
carnẽ tuam in cibum· ꝛ ſanguinẽ tuum in
potum dediſti· nec in hoc contentus fuiſti
ꝙ cenã eis cum agno paſcali feciſti· ſed vl
tra hoc te eis totum cõtuliſti· Quis audi/
uit vnq̃ȝ talia· O quis vidit tanti amoris
tanta inſignia· Quis vnq̃ȝ hominẽ aliquẽ
tantũ dilexit ꝙ ſeip̃m alteri tribueret· et
tandeȝ ſe flagellis· penis· ꝛ vltimate mor

ti ꝑ altero ſe exponeret· Hoc totum ſe fe-
ciſſe pro me homie dulciſſime domine Je-
ſu ſcitur ⁊ legitur·quod nuſq̃ alter pro al
tero feciſſe ⁊ facere inuenitur· O dulciſſi-
mum conuiuiuꝫ ſacratiſſime cene· in quo
ſordes manuum ⁊ pedum corꝑales ⁊ ſpi-
rituales mundant· O piiſſimuꝫ conuiui
um in quo boni ⁊ mali congregant ⁊ locã
tur· O nobiliſſimum conuiuium in quo
non ſolum agnus paſchalis ad edenduꝫ
ꝓponitur: verum etiaꝫ agnus immolan-
dus qui tollit peccata mundi ſub ſpecie pa
nis in ſacramento omne delectamentum
ſaporis habens in cibum apponitur· O
fidelis anima que ad tale conuiuiuꝫ inui
tatur·⁊ de tam nobili cibo ſatiatur·

De turbatione Jeſu cri ſti poſt cenam

Ach domie Jeſu criſte· quãto dolore
cordis tui tuos dilectos diſcipl'os ⁊

amicos inſpexiſti· qbus tanta ſigna amo/
ris in cena oſtēdiſti· ⁊ ipſos oēs peccatu
ros ⁊ ꝯtra te facturos cognouiſti· Tu eñ
nouiſti Petꝝ te negare· Judā te vendere
et tradere· alioſqꝫ oēs a te fugere· ⁊ te ſo
luz in oīi tribulatōe ⁊ miſeria dimittere

Quare Chriſtus ta/lia in cena pegit

O Res mirabilis ⁊ inaudita· crea/tor añ ſuam creaturā miſerā ge/nua flectit· deus homini· dñs ſer/uo pedes lauat· ſe totū homini in cibum ⁊ potuz cōicat. Sed qre dñe Jeſu hec feciſti· Uere dñe tu ante trāſituz tuum de hoc mundo volebas cū diſcipul' cenare· vt ſignuz vere amicitie eis ⁊ oibus hoibus oſtēderes· Jtez volebas pedes hūiliores ptes corpis lauare· vt exēpluz hūilitatis mihi et alijs hoibus pberes· ⁊ alter alteri ſubſidia hūilitatis ⁊ mutue charitat' facere de

ceres. Itē volebas te totū cū corpe et aīa
et cū deitate in ſacramēto homī dare. vt tu
totus eſſes hoī vnit⁹. ⁊ totus hō tibi incor
poratus. Itē volebas ſeruire hoī. et ſeruus
eſſe hoīs. vt hoīem tibi ſeruientē dn̄m face
res. ⁊ ipm̄ potentē in celeſti curia redderes
¶ Ve mihi miſero ꝙ tāta ſigna amiciti
dei mei nō aduerto. nec attēdo ꝙ de⁹ me⁹
m̄ q̄tidie in cibo ⁊ potu. cū veſtitu ⁊ multꝭ
alijs neccārijs fuit. ⁊ ita me igratū inueīt.

¶ Qualiter fructus ce- ne debeat impetrari

Rogo te dn̄e Ieſu xp̄e. vt om̄i die me
ad tuā cenā vocare digneꝛ. Oia bn̄
ficia mihi a te impēſa in corde meo maſti
cando ruminātē. te ſup oīa diligēdo ſicut
tu me. ⁊ hoīem ſup oīa dilexiſti. et m̄ maxi
ma ſigna charitatꝭ oſ̄diſti. ¶ Precor te
dn̄e etiā vt meos pedes interiores aīe. ſcꝫ
affectuꝫ ⁊ voluntatē. a puluere mundane

cõcupiſcentie laues· vt ſoluꝫ tibi appropin
quent· ꝛ terrenis maclis ſe excutiãt· Sup
plico etiaꝫ tibi dulciſſime dñe Jeſu ꝙ me
miſeꝝ peccatorẽ ad veſperã mortis inclinã
tem attẽdas· qꝛ de longinquo ſcꝫ via pec/
catoꝝ veni a quibus longe eſt ſalus· ꝛ ſi me
abſqꝫ tuo pane ſacramẽtali dimiſeris· de/
ficiã in via· nec ad cõuiuiuꝫ celeſtiuꝫ nup/
tiaꝝ venire poſſum· Et ſi nõ ſuꝫ dignus ſe
dere ad mẽſam cene· ꝛ comedere cuꝫ ſeruis
tuis panẽ filioꝝ· da mihi ſub menſa cadẽ
tes micas colligere· vt ſpũs meus in pre/
ſenti vita recreetur· Et ꝑ illud ſacramẽtale
viaticuꝫ ad celeſte conuiuiuꝫ deducatur·
Hoc nobis domine concedas· qui ſine fi
ne viuis ꝛ regnas· Amen·

¶ Hora octaua de ven=
ditione ꝛ ꝓditiõe Jude·

DEus in adiutoriũ meũ intẽde· Dñe
ad adiu· Glia pri· Sicut erat· ꝛc·

fundamētū meditatōis

Adiuua me domine Jeſu chriſte deuo-
to corde meditari q̄ a Ju
da diſcipulo tuo vendi-
tus et traditus ad mor-
tem fuiſti

De miſerabili facto vē
ditiōis

Ach Judas q̄nto veneno malicie
fuiſti repletus. Ach q̄nta cupidi-
tatis flāma fuiſti ſuccenſus. vt do
minū deuz tuuz optimū. ⁊ nobiliſſimuz ꝓ
vili argento venderes. ⁊ p̄cioſum eius ſan
guinē viliſſimo mercedis precio cōpenſa-
res. Ach Judas q̄nte fuiſti ingratitudis

et nequicie· vt q̄ te ad culmē honoris apli/
ci ꝓmouerat· tibi oīa pre alijs ꝯmiſerat
Te ad cenam vocauit· pedes tuos lauit·
Carnē ſuā in cibū ⁊ ſanguinē ſuū in potū
cōicauit· ad mortē venderes ⁊ inimicis ⁊ la
tronib⁹ traderes Ach Judas q̄ta duricia
fuit in te· ꝙ nec cene nec cōuiuij familiari/
tas· nec obſequij humilitas· nec colloquij
ſuauitas· nec amicabilis oſculi· mulcebri
tas a ꝯcepta malitia potuit te reuocare·
Ve mihi miſero pctōri· ve mihi ſocio Ju
de· q̄ totiens in pctō mortali· ⁊ cum ꝓpoſi
to plus peccādi accedo· ⁊ acceſſi cū Juda
ad mēſam dn̄i· ad cenaȝ agni paſcalis ſa/
cratiſſimi ſacramēti· Ve mihi miſerrimo
homini· imo peiori Juda venditore q̄ to/
tiens iniuſte faciendo proximuȝ in bonis
ſuis decipiēdo: p̄cepta dei mei cōtemnēdo
deuȝ meuȝ ſperno: ipm̄ pro terrenis vendo
et aliqn̄ nō pro ·xxx· argēteis· ſed vix pro ·x·
venalem expono· Jmo aliqn̄ ꝑ valore vix
vni⁹ argentei· Et ꝙ multo min⁹ eſt ꝑ vna

viliſſima delectatōe carnis vendo deuꝫ ve
rum ꝑ qua nō darē antiquuꝫ calceū meū
¶ Ve iteruꝫ mihi turpiſſimo traditori· q̄
totiēs oſculando deuꝫ meū in ſacramenti
receptione· fingo me eſſe amicuꝫ· ꝛ mundū
a peccatis ab inimicis dei· ꝛ duco deuꝫ me
um ad latrones· Et aliqñ ſum abſolutus
a pctīs ꝛ mūdus· hoſtes ꝛ latrones ſcꝫ tēp
tationes carnis mūdi ꝛ diaboli admitto·
ianuas q̄nqꝫ ſenſuuꝫ ꝑ cōſenſuꝫ ipīs apio
et intromitto· Sup deum meuꝫ nobiliſſi
muꝫ hoſpitē in ſacramēto inuitāduꝫ curre
re ꝑmitto· Ipm in man⁹ inimicoꝝ ſuoꝝ
vel al's ipm ꝯfuſibilit' a me taliter deijcio
et expello ¶ Ve etiā mihi iniquo ꝛ peſſimo
tꝑita ingratus ſuꝫ deo meo· q̄ totiens nō
ſoluꝫ pedes· ſed ꝛ man⁹ ꝛ caput ac me to/
tum lauit a peccatis meis mult'· abſoluit
et mūdauit· ꝛ a pena eterna quā ꝑ peccatū
merui· liberauit· Et taliū magnoꝝ bñfici/
oꝛuꝫ oblitus· ad peccata q̄ ꝯtra euꝫ ſunt re
uerſus· ꝛ ſue magne miſericoꝛdie ſum illu

ſus ¶ Te etiã dñe Jeſu mihi q̄ ſanitatē
corporis pre multis infirmis mihi p̄ſtitiſti
Neceſſitatez in victu ⁊ veſtitu pre multis
pauperibus ⁊ egenis cõtuliſti. Honores et
dignitates pre alijs magnis dignis tri/
buiſti. Famã meaz et pſonã meã a multꝭ
periculoſis cuſtodiſti. ¶ Pro his ⁊ mul/
tis alijs beneficijs me cum Juda ingra/
tum invenio. Nec tibi domine Jeſu criſte
ſeruio. ſed preceptis tuis me ſemꝑ oppono
et tuam voluntatē ſemꝑ inpugno

Quare ⁊ ꝓpter quaz uti litatē xp̄s volebat vendi

O Mirum negotiuz. Ach miſera/
bile cõmercium. Homo vendidit
ſuuz deum. creatura creatorez. ſer
uus dñm. Filius ſuum patrem. Diſcipu/
lus ſuum magiſtrum. Ouis paſtorem.
Famelicus cibũ. Sitiēs potuz Nud⁹ ve/
ſtitũ. Pauꝑ ⁊ egen⁹ liberatorē ⁊ auxilium

Frigidus calorē. Cecus ductorē. Pecca/
tor veniā et gratiā. Mortuus vitā. Sed
q̄re dn̄e Jeſu ꝓpter me tradi ⁊ vendi volu
iſti. Vere dn̄e tu vendi ꝓpter me volebas.
vt me venditū diabolo a p̄mis parētibus
pro pomo vetito redimeres. O dn̄e Jeſu
quanto p̄cioſo theſauro ſcꝫ ſanguine tuo
emiſti me. vt tu ſolus ius in me haberes.
et vt ego tuus ꝓprius ſeruus. ⁊ tu meus ꝓ
prius dn̄s eſſes. Ve aūt mihi q̄ totiēs de
tuo ſeruitio recedo. ⁊ ius ꝓprietatis quod
in me habes diſſoluo. ⁊ me ſeruitio diabo/
li inimici tui ⁊ mei me inuoluo. Item vo
lebas dn̄e Jeſu tradi in mortē ꝓpter me.
vt p̄ tuā morteꝫ me ecōuerſo de morte ad
vitam celeſtis gl'e traderes ⁊ p̄ſentares.
Ve m̄ q̄ totiēs dimitto vitā grē q̄ ducit
ad vitā eternā. Et vitā culpe diligo. q̄ du/
cit ad gehēnā. Et aīaꝫ meā p̄ mortē xp̄i ad
vitaꝫ redēptā. iterato ad mortē trāſmitto

Quomodo fructus de

beat impetrari

Rogo te dñe Jhesu piissime deus rex quo tuo precioſo ſanguine me emiſti in ppriuz ſeruuz· vt p quotidianuz ſeruitiuz te cognoſcā eſſe meum verū dñm· Et ſeruitio meo mereri pmiū eternuz valeā· vbi te eternaliter videā cuz patre ꝛ ſpūſancto p infinita ſc̄la ſc̄loꝝ Amē

Hora nona de agonia et ſudore ac oratione

Deus in adiutorium meuz intende· Dñe ad adiu· Glā pri· Sicut· ꝛc̄

Fundamētū meditatōis

Adiuua me dñe Jeſu Chriſte deuoto et dolenti corde meditari tuam agoniā ac orōnem

anxiaꝫ quā ꝑ morte tua
ad patrem feciſti

¶ De miſerabili afflictio ne chriſti in oratiōe eius

Ach dn̄e Jeſu chriſte· q̄nto pauore te totū ꝑcuſſum ſenſiſti qn̄ appropinquāte morte tua hortū ville Bethſemani introiſti· Ad terrā ſup faciem tuā totus ꝓſtratus cecidiſti· ⁊ ex pſcientia tua diuina· mortē tuā amariſſimā et paſſiones oim̄ membroꝝ ſupuēturas acerbiſſimas preuidiſti·ita ꝙ tantus horror et pauor future paſſionis oīa tua mēbra attingebat· ꝙ ſudor ſanguineus vltra naturā humanā de oībus mēbris effluebat· Ach dn̄e Jeſu o ꝗ̄ ꝓfuſis lachrymis O ꝗ̄ altis ſuſpirijs· O ꝗ̄ ꝓlexis gemitibus· O ꝗ̄ deuotis ⁊ attentis p̄cibus tua humanitas anxiata infirma patri celeſti

ſupplicauit: ⁊ paſſionē futuram horribileꝫ
transire exorauit. O domine Jeſu q̄ꝫ for/
tem. O q̄ꝫ promptuꝫ ſpiritꝰ tuus ad paſſi
onem ſe p̄ſentauit. O pater ſanctiſſime q̄ꝫ
grauia fuerunt crimina pro q̇bus opor/
tuit vnigenituꝫ filiuꝫ tuuꝫ mori. ⁊ tā mag
na pati q̄ horror future paſſionis ſudoreꝫ
ſanguineuꝫ in eo cauſabat. Et ſi peccatum
ad mortem ſempiternaꝫ non fuiſſet. tuus
filius verus deus. tam graues penas. tam
amarā mortem non ſuſtinuiſſet.

De fructu orationis et ſudoris Jeſu chriſti

O Res ſtupenda ⁊ miſerabilis. O
pauor ineffabilis. o anguſtia mi
rabilis. quis vnq̄ꝫ audiuit talia.
quis vnq̄ꝫ vidit cōſimilia. Gaudiuꝫ ange
loꝝ triſtatur. Solatium oīm ſanctorum
turbatˀ. Fortitudo oīm creaturaꝝ pauore
cōcutitˀ. largitor oīm bonoꝝ neceſſitatur.

ꝑtere ⁊ ſupplicare ꝯpellit̃· Sed quare dñe
Jeſu hec ⁊ talia ꝓpter me pati voluiſti Cer
te dñe Jeſu tu volebas eſſe triſtis ⁊ triſta-
ri ꝓpter me· vt me triſtē ⁊ tribulatū iocun
dum faceres· Itē volebas ſuꝑ faciē cadere
et orare· vt orōnes meas attēdas fieri· et
ante faciē cordis mei habere ꝯſideres Itē
volebas in tribulatōne ⁊ anguſtijs orare
patrē· ⁊ pluries ad orādum accedere· vt m̄
anguſtiato exēplum ꝑtendi adiutoriuꝫ a
patre p̄beres· ⁊ cōtinue eſſe orādum doce-
res· O q̄ꝫ neceſſariū eſtꝫ mihi orare ⁊ aux
iliuꝫ petere· qꝛ tēptatiōes diaboli· carnis ⁊
mundi ſemꝑ me angariāt ⁊ tribulant· Et
heu ſentio me eē ita īfirmū ad reſiſtēduꝫ· qꝛ
omi tꝑe bñ indigerē petere deū me iuuāduꝫ
Ue m̄ miſero pigro ⁊ accidioſo ad vi-
gilāduꝫ· orāduꝫ cū deo meo· q̄ ꝓpter me to
ta nocte vigilauit ⁊ orauit Et ego vix vnā
horā· ⁊ forte nullā orare vigilare volo· nec
poſſuꝫ pre torpe magno· Et iō nō imerito
tēptatōibus freq̄nter ſuccūbo Itē volebas

domine Jeſu ꝙ humanitas et caro paſſio
nem horreret· ⁊ ab illa abſolui a patre pete
ret· ꝑ hoc nobis volens oſtēdere ꝙ ꝯtraria
nature licite poſſumus fugere· ¶ Itē vo
lebas ſanguineū ſudorē emittere pro me
vt me hoīem plenū humore et ſanguine
peccatoꝝ grauatū ꝑ ſudorē tuum alleuia
res ¶ Item volebas in anguſtijs tuis ef
fectualiter petere voluntatē patris fieri· vt
mihi oſtenderes ꝙ etſi aliqñ tribulatōes
ſunt nature noſtre contrarie· tñ ſm dicta-
men recte rōnis: vltimate debeo me dei vo
luntati conformare· ¶ Ve mihi tardo et
negligenti· Ve mihi rebelli ⁊ inobedienti
q̄ totiens a deo meo ꝑ occultā inſpiratio
nem ero vocatus· ⁊ ad bona faciēda· mala
q; vitāda· admonit⁹ et hortat⁹· nec volūta
ti dei mei ꝯſentio: nec ꝯſilijs ſuis acq̄eſco
ſed ſurda aure tanq̄ aīal irrōnale ꝑtran-
ſeo· Si deus meus vult me ſubeē· tūc volo
p̄eſſe· ⁊ vere meipm̄ ſentio negligere· ⁊ vel
lem alios in p̄latura dirigere· Et ſi deus

meus vult me alijs p̃eſſe· tũc ego volo ſb/
eſſe· ⁊ aīabus ꝓximoꝝ meoꝝ nolo ſic carī
tatē imptiri ⁊ inuenio me caritatē dei ⁊ ꝓx
imi p inobedientiā odire· Etiā ad quē ſta
tuꝫ ⁊ vitā de⁹ me vocauit· nolo ꝯtentari· ſꝫ
vellē aliter mutari· nec volo in aliq̊ volun
tatem diuinā mutari· Et heu nolo a deo
meo regi· nec diuine ꝓuidentie obedire Et
ſic nolo permittere deum eſſe deum· a quo
tamē dependet totum eſſe meum

Quomõ fructus rei ge ſte debeat impetrari

Rogo te dñe Jeſu· vt initiũ paſſiõis
tue in me fructificet· tu⁹ pauor future
mortꝭ me ꝯfortet· Triſticia tua· ⁊ āguſtia
tua me letificet· Orõ tua deuota ⁊ anxia
me patri tuo recõmendet· Sudor tuus
ſanguineus ab infirmitatibus ſpirituali
bus me ſanꝫ ⁊ alleuiet· Cõcordia tue volũ
tatꝭ cũ volũtate patrꝭ me pr̃i tuo recõcilie

ꝛ cõformet. Hoc nobis dñe Jheſu conce
das qui ſine fine viuis ꝛ regnas Amen.

Hora decima quomõ Chriſtus fuit captus

Deus in adiutorium meum inten
de. Domine ad adiuuãdum me fe
ſtina. Glĩa patri ꝛ filio. Sicut. ꝛc̃

Fundamentum medi tationis

Adiuua me domine
Jeſu criſte doloro-
ſo corde meditari ꝙ a iu
deis captus fuiſti

De miſeria et miſerabi li afflictõe et captiuitate

Ach domine Jeſu rex meus ꝛ deus meus·cum quāta laude ꝛ gloria in die palmaꝝ iudei cuꝫ hymnis et canticis tibi ita reuerēter occurrebant et te tanꝙ regem benedictuꝫ recipiebant· modo cum magna in gloria ꝛ furia·cum inſultis clamoribus armati·cum gladijs et fuſtibus tanꝙ ad latronē maledictum ita violenter ſup te irruebant· Et ad ſignum Jude p oſculuꝫ manus violētas ſtatim in te iecerunt ꝛ te ceperunt· Ach dn̄e Jeſu ꝙ multos ꝛ fortes ictus capiti tuo glorioſo dederunt· Ach ꝙ multiplicatas impulſiones ꝛ torſiones cum baculis et pugnis dorſo· ꝛ lateribus tuis fecerunt· Ach quot ꝛ quāta turpia ꝛ cōuitioſa verba ꝯtra pſonā tuā ſciſſime dn̄e ꝑtulerunt

De proſtratione et cō culcatione chriſti ieſu

Aue rex dulciſſime dn̄e ꝙ crudeliter te

ad terram ꝓſternebāt· ꝙ om̄ia membra
corpis ſonitum fragoris clangebāt et da
bant. Iudei impijſſimi pedibus ſuis ita
cōtemptibiliter te cōculcabant· Sup ven
trem tuum genibus ſuis ſe tam atrociter
incuruabant· Et funibus magnis· duris
et fortibus manus tuas tā horribiliter li-
gabant· ꝙ ſanguis ex nimia tortura et li-
gatura de oībus digitis erumpebat· Ach
domine Ieſu chriſte q̄ꝫ lachrymabiles vo-
ces dabas· Ach q̄ꝫ miſerabiliter clama-
bas· quādo inimici tui te tam male trac
tabant· et tibi tot dolorosas penas infli-
gebant·

De violento et confu-ſibili ductu chriſti Ieſu·

Ach vnd ach dulciſſime dn̄e q̄ꝫ cō
fuſibiliter ad ciuitatē hieruſalē te
duxerunt·catenaꝫ ferream collo
tuo aꝑpoſuerunt· funes plures corꝑi tuo
circumpoſuerunt· ꝛ ꝑ colles et rupes ac ꝑ
multa deuia te ita inhuāniter ꝑduxerunt
Et te funibus ꝛ catenis circūplexis traxe
runt·alij huc·alij illuc·alij ſurſum·alij de/
orſum·alij antrorſum·alij retrorſum·ꝛ tā
tam violentiā trahendo ꝛ currēdo tibi do
mine Jeſu fecerunt· ꝙ pluries anteq̄ꝫ ad
ciuitatē venires·ad terrā aliqn̄ ſuꝑ tuam
faciē bn̄dictā·aliqn̄ ſuꝑ dorſum·aliqn̄ ſuꝑ
latera tua benedicta cecidiſti·ꝛ ſuꝑ terraꝫ
tam miſerabil'r iacuiſti·nec te iuuare ꝛ ſu
ſtentare cuꝫ manibus ligat' potuiſti·Ach
dn̄e quotiēs te iacentē ſuꝑ terraꝫ inimici
tui aliqn̄ te catenis ꝛ funibus· aliqn̄ cum
tuis capillis·barba ꝛ crinibus ꝑ montes
et colles duxerunt ꝛ traxerunt·Ach dn̄e ꝛ
magiſter bone:quotiēs oculis tuis tā mi
ſerabiliter dolenti corde retroſpiciebas·et

tuos dilectos diſcipulos et amicos ad/
uertebas· ꝛ nulluꝫ illoꝝ videbas· q̄ pridie
in cena in conuiuio exiſtentes tecum velle
mori om̄es iurauerunt· ſed in tribulatōni
bus tuis te relicto omnes fugam preti/
more mortis dederunt

De fuga diſcipuloruꝫ et planctu eorum

Omnes diſcipuli quātus dolor
corda veſtra penetrabat· qn̄ dn̄m
veſtꝝ dilectiſſimuꝫ vidiſtis ita vi
olenter capi· ligari: ꝛ ligatis manibus ſicut
agnuꝫ innocenteꝫ p truculentos lictores
ad victimā duci· ꝛ funibus quaſi latronē
et malefactorē trahi· Cum ꝛ ille impiiſſi/
mus Judas traditor dn̄i· tanto dolore af
flictus· ꝛ tanta penitētia poſtea de traditō
ne ductus· q potius volebat mori q̄ viue
re Et ꝓpter peccati ſui immanitatē deſpa/
uit· ꝛ laqueo ſeſuſpēdit· Ach dn̄e Jeſu pa

ter ⁊ mgr̄ dilecte· quō a te fugiūt tui filij et
diſcipli dilecti· O dn̄e Jeſu quāto dolore
tui amātiſſimi amici abierūt· O q̄ʒ deſo-
lati receſſerunt· O q̄ʒ plorabāt· Ach q̄ʒ la-
mētabiles voces dabāt· ⁊ ſicut orphani ⁊
orbati p̄re chariſſimo recedebāt· O quo-
tiēs retroſpiciebāt ⁊ gemebūdo corde ad-
uertebāt q̄liter dn̄s eoꝝ ligabat· ⁊ cōfuſi-
biliter magnis inſultibꝰ ⁊ clamoribꝰ im-
portunis funibꝰ trahebat· Ach dn̄e Jheſu
quotiēs diſcipuli tui p̄ dolore in terrā ſe p-
ijciebāt· ⁊ miſerabilr̄ clamabāt· O dulcis
p̄r· O bone magiſter· O benigne dn̄e quō
ita ſepamur a te· Heu heu heu quō ibimꝰ
errātes ſine paſtore oues· Cur nos p̄r de-
ſerꝭ· aut cui nos deſolatos relinq̄s· Jnua-
dēt eīm nos lupi ferociſſimi q̄ nos lacerare
feſtinant· O dn̄e· o agnus innocens quo
ibis tu· vadis inter lupos rapaces q̄ te vo-
lunt deuorare· ⁊ vt peſſimi canes dilania-
re Ach quātus luctus oīm diſcipuloꝝ de
magiſtro· Ach quātus dolor magiſtri de

diſcipulis deſolatis ꝛ turbatis. Heu dñe Jeſu. q̄ȝ deteſtabile q̄d eſt hoc in me. q̄ au/ dio. lego. ſcio te deum meuȝ. creatorē meū tm̄ humiliatuȝ ꝛ deiectuȝ. ꝛ ego exalto coꝛ meuȝ. ꝛ ambulo in magnis mirabilibus ſup me. Ecce te video domine mi rex inno center pro me capi. ligari. ꝯculcari. ꝛ mul tis ſubiacere tribulatōibus. ꝛ ego nocens et reus ita impatiēs ſuȝ in paſſionibus

Quare et propter quem fructuȝ Chriſtus volebat capi et ligari

O Mirabile factū. O q̄ȝ negotiū īauditū. libertas captiuoꝝ capit̄. Qui ſoluit cōpeditos ligat̄. Qui erigit eliſos ad terrā ꝓſternitur. Qui regit et ducit totuȝ munduȝ violēter ducit̄. Sȝ quare dñe Jeſu ꝓpter me hec volebas pa/ ti. Certe domīe Jeſu tu volebas ꝓpter me captiuari. vt me hoīem captiuatuȝ in car/

cere diaboli redimeres ⁊ liberares. Jtez vo-
lebas pro me ligari. vt me hoīem ligatuz
vinculis ⁊ penis peccatoꝝ abſolueres. ¶
Jtē volebas ad terrā ꝓſterni ꝓpter me. vt
me a terrenis eleuares ad celeſtia ⁊ erige
res. Jtē volebas cōfuſibilr̄ ⁊ penoſe ꝓpter
me ad ciuitatē hieruſalē duci. vt me hono
rifice ad ſupernā ciuitatē ciuiuz ſupnoꝝ ꝑ
duceres. Jtem volebas pmittere. vt diſci-
puli ꝓpter timorē mortis fugerent a te. vt
mors tua mihi refugiuz faceret ad te. ¶
Ve mihi dñe Jhū ꝙ oīa que ꝓpter meā
ſalutē ꝑ grauiſſimas paſſiōes ⁊ ꝯfuſiōes
ſuſtinuiſti non attendo. nec tibi pro his
gratiarum actiones refero. pro quo meri-
to reprehendi debeo

¶ Quō fructus rei geſte debeat impetrari

Rogo te dñe Jeſu. vt captio tua ab
inimicis. ab omnibus inimicis me

verbo vel facto·in corpe ꝛ aīma·cape ma/
licioſe volētibus liberet·Item tua ligatio
me ab omnibus peccatoꝝ nexibus abſol/
uat·Tua ad terrā pſtratio ad celeſtia me
ditanda ſemp me erigat·Tua cōfuſibilis
ad ciuitatē ductio·me cum honore ad tuā
ſupernā ciuitatē pducat·Fuga diſcipuloꝝ
tuoꝝ mihi in om̄ibus neceſſitatibꝰ meis
ad te refugiū faciat·Hoc nobis pſtare dig
neris qui cuꝫ patre et ſpirituſancto viuis
et regnas amen·

Hora vndecima quādo Chriſtus Jeſus fuit ductus ad epiſcopos

Deus in adiutoriuꝫ meuꝫ intende
Domine ad adiuuādum me feſti
na·Glia pr̄i ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſanc
to·Sicut erat in pncipio·ꝛc·

Fundamētū meditatōis

Adiuua me dñe Jhe
ſu meſto et triſti
corde meditari ꝙ tu cap
tus ⁊ ligatus confuſibili
ter a furioſo populo ad
domos pontificū noctur
no tp̄e ductus fuiſti

De miſerabili afflictio
ne Chriſti Jeſu

Ach domine Jeſu chriſte q̃ꝫ male
pontifices ⁊ alij te receperunt. O
q̃ꝫ gauiſi de tua captiuitate fuerūt
O q̃ꝫ deriſorie an filius dei eſſes queſierūt.
Et cuꝫ rñdendo te filiuꝫ dei eſſe nomiaſti

p̄nceps ſacerdotuꝫ q̄ſi tu peccaſſes contra deuꝫ· dixit ⁊ clamauit· heu heu· ille blaſphe/mauit· Audite oēs· ille vilis hō honorē dei ſibi vſurpauit· Et p̄nceps q̄ſi dolorem fin/gens veſtimēta ſua lacerauit· Et tūc oēs alij q̄ aſtabāt vt ꝯplacerēt p̄ncipib⁹ offen/ſis· te dn̄e Jeſu ita viliť tractauerūt· Qui/dā ſup te irruerūt· ⁊ in faciē tuā sereniſſi/nā· magnā alapā cū pugnis ⁊ manib⁹ de/derūt· Alij in os tuū mellifluū vſq; ad effu/ſionē ſanguis oris ⁊ nariū ꝑcutiebāt· alij multū deſpectiue dicentes· pfye dich es tu deus· ⁊ in vultū tuū benigniſſimū cōſpue/bāt· Alij in collū tuū ſciſſimuꝫ v̊berabant Alij te ꝑ capillos traxerūt· ⁊ in crines tuos irruerūt· ad terrā te iactauerunt· pedibus ſuis te cōculcauerūt· dicentes· Ve tibi ri/baldo· peccatis accuſato· quō tu reſpōdes ita proterue pontifici ⁊ prelato·

De euulſiōe barbe criſti

Alij barbã tuã ſanctiſſimã trahe/
bant ſurſum· Alij capillos capi/
tis poſtergũ deorſuz ſic de mani/
bus tenebãt· Et alij accedebãt· ſubulis et
acubus barbã tuã euellebãt· genas tuas
⁊ maxillas tuas pulcherrimas vndiqꝫ vul
nerabãt· Te regẽ angeloꝝ ſine omĩ pieta
te ⁊ miſericordia tã viliter verbis turpib⁹
et vituperijs· factis ⁊ penis duriſſimis per
tractabãt· O dñe Jeſu rex omĩpotens qd
eſt hoc· q tam patienter tantã deſpectionẽ
et afflictõem ſuſtinuiſti· Nunquid nõ dei
filius fuiſti? Quare illos filios diaboli tor
tores tuos non deſtruxiſti?

de negatiõe Petri

Ah Petre Petre tu em̃ fuiſti ſo/
tius magiſtri tui in cõſolatõe in
cena· ſed noluiſti ſotius eſſe tribu
lationis in pena· Tu em̃ a longe dñm ſecu
tus fuiſti· ⁊ domuz pontificuz cum Johãe
timide itroiſti· Et tã mirabiles piecturas

timoris habuiſti· mō caput inclinando·
mō inclinato capite oculos modicū leuā
do· mō te timoroſo vultu circunſpiciēdo·
ita ꝙ mores ⁊ geſtus tui inordinati te di
ſcipuluꝫ xp̄i eſſe ꝓdebant· ꝓpter qd̄ ancil-
la oſtiaria· ⁊ alij q̄dam te diſcipuluꝫ criſti
eſſe dicebāt· qd̄ conſtāter negabas· ⁊ ip̄m
nunqꝫ nouiſſe· cum magno iuramento af
firmabas· Heu Petre Petre· al's dixiſti
ad xp̄m· Tu es xp̄us filius dei viui· modo
iuras ⁊ dicis· nunqꝫ euꝫ noui neqꝫ ſciui·
Quod mendatiuꝫ gallus obticere nō po
tuit· ſꝫ cantādo te mentiri clamauit

De Johanne

WAch Johēs pre ceterꝭ diſcipulis
magiſtro tuo magꝭ dilectus q̄ in
cena iacuiſti ſup eius ꝑctus· ſed
nulla ſigna dilectōnis tuo magiſtro tunc
ecōuerſo oſtēdebas Tu eñ tunc in domo
pontificis cuꝫ Petro ſeorſum ſtabas· ſin
gula q̄ fuerunt magiſtro tuo inflicta vbis

et factis auſcultabas et videbas· O Jo/
hānes ſi dn̄m tuū dilexiſſes·merito acceſ/
ſiſſes ꝛ ſuꝑ ipm̄ te ꝓieciſſes· ꝛ impijs iu
deis merito dixiſſes· Ach nolite facere tā
tum maluȝ dn̄o meo Ecce facite mihi hoc
ꝑcutite me· ꝛ dn̄o meo tātas iniurias nō
irrogetis· Et flexis genibus ꝓcidiſſes·et
eum amplexatus fuiſſes· ꝛ oēs ictus et
ꝑcuſſiones pro eo libenter ſuſcepiſſes· qd̄
ego nō dimiſiſſem ſi preſens fuiſſem

De conſilio ſeniorum et principum

Ach dn̄e Jeſu q̄ ſbito ſcribe ꝛ pha
riſei ꝛ ſeniores iudei in domo pō/
tificuȝ ſe cōgregauerunt· Heu q̄
falſa cōſilia habuerūt· ꝛ multa falſa con/
finxerunt·vt te poſſent accuſare ꝛ morti cō
demnare· O dn̄e Jeſu pncipibus ꝛ ſenio/
ribus iudeoꝝ in ꝯſilio exiſtētibus· ꝛ mini
ſtris fatigatis circa prunas reſidētibus·

vel dormiētibus vel q̄ſcētibus interim in vno angulo domus ligatus ſuper terrā ſolus derelictus ſediſti· ⁊ amariſſime fleuiſti alta ſuſpirea pre dolore ⁊ paſſione duxiſti ſtridores dentiuꝫ· tremorē mēbroꝝ oim̄ p̄ frigore ⁊ algore maximo feciſti

Quō Jeſus ab omnibus fuit derelictus

Ach domine Jeſu vbi tunc fuerunt om̄es diſcipuli tui· quō om̄es cognati ⁊ amici tui receſſerunt a te· ⁊ te ſolum ſedere in tribulatōnibus fecerūt Ach Petre et Johannes qui dn̄m veſtrum ſolum ſedentem tam miſerabiliter in terra vidiſtis? quare ei aſſociati non fuiſtis? Quare apud eum in terra non ſediſtis· cum eo miſeriā ⁊ dolorē ⁊ exiliuꝫ lugētes· ip̄m dulciter amplexātes· manus pedes ⁊ cetera membra afflicta oſculantes· Caput ſuuꝫ fatigatuꝫ in ſinuꝫ veſtꝛꝫ ad req̄

eſcēdum inclinātes. Heu. nulli fuerunt q̄ te domīe Jeſu dilexerunt. ſed oēs te odio habuerūt. Nec et ego miſer cōpatioꝛ tibi dñe in oibus mal'q̄ ſuſtinuiſti ꝓ me die.

De tribulatione virginis glorioſe

HEch Jacobe qui in monte oliueti cum Petro et Johanne fuiſti. dominuz tuum oꝛare captiui. vinculari. ad ciuitatem duci p̄ſentialiter vidiſti. ⁊ omībus diſcipulis diſperſis ⁊ fugiētibus tu ad domuz matris magiſtri tui dilectiſſimi cognate tue occulte veniſti: lachꝛymis inceſſanter fuſis aperire petiuiſti. et dixiſti. O femine eſt ne mater domini mei Jheſu criſti hic. O domina mea dilecta cognata. nunq̄d eſtis hic. Et cum illā vidiſti ad pedes eius cecidiſti clamās cuz lachꝛymis ⁊ flēs dixiſti. Heu dña mea q̄ꝫ duros vobis nuntio ru

mores: nec vellem vobis tales renunciare
ſi pre amore filij veſtri dñi mei poſſem hoc
vitare. O tu dña q̄ȝ ſtupeſcā dixiſti. Quid
eſt. q̄d ploras. dic m̄ cito chariſſime cog-
nate. nō diu me teneas. O dña. filius vr̄
et dñs meus captus eſt a iudeis. ꝛ ligat⁹
ductus ad domuȝ pontificꝭ. Ach Maria
qñ hoc audiuiſti. exanimis in terrā cecidi-
ſti. nec loq̄ poteras pre timore. nec oc̄los
apire cordis pre dolore. Ach Maria cū
q̄nto merore noctē expēdiſti. quot ꝛ q̄ȝtas
lachrymas tu fudiſti. Quātuȝ vlulatuȝ ꝛ
planctuȝ alie mulieres et ſorores tue tecū
fecerunt. nec te conſolari poterunt.

Quare et ad quā vti-
litateȝ Chriſtus talia vi-
tuperia paſſus fuerit

O Miranda res. facies p̄fulgida
et ſpeculuȝ āgeloꝝ maculatᷓ. Ocu
li lucidiores ſole caligantᷓ. Os

mellifluum q̄d docet angelos pugnis ob/
ſtruitur· Summa veritas a diſcipulo ne/
gatur· Sed quare dn̄e Jeſu hec ꝓpter me
pati voluiſti· Certe dn̄e Jheſu·tu in facie
tua volebas deformari ꝓpter me·vt facieȝ
meā formoſam tuo ſanguine faceres· Tu
volebas in ocul' velari ꝓpter me· vt me ab
oīni cecitate ſpūali abſolueres· Tu ꝑmi/
ſiſti Petruȝ cadere in pctm̄ ⁊ te negare·vt
me fragilem nature oſtenderes· Nec ali/
quem hominē eſſe ita ſanctuȝ ⁊ gratioſum
q̄n ſibi timere habeat·vt in peccatuȝ cadat
Heu mihi q̄ totiēs in pctm̄ cado· Ve mi/
hi q̄ totiens ꝑ malā fidē et iniuſta opa te
dn̄e eſſe deuȝ meuȝ nego·⁊ cū peccatl meis
diabolo alieno dn̄o ſeruio·⁊ te derelinquo
beneficia tua quotidiana non recognoſco
Et te cum Petro neſcire·te nō noſcere ver/
bis ⁊ factis oſtendo

Qualiter effectus tal'

paſſionis ip̄trari debeat

ROgo te dn̄e Jeſu criſte· vt macula ⁊ deformatio faciei tue meā interiorem faciem decoraȝ faciat· q̄tenus in patris tui preſentia ⁊ oīm angelorum ſpecioſa appareat· Peto etiā domine· vt velamen oculoꝝ tuoꝝ· oēm cecitatē impedientē me videre beneficia incarnatōnis ⁊ paſſionis tue a me auferat· Et fragilitas Petri in negatione mihi fortitudinem te ſemꝑ deum meuȝ veruȝ ⁊ bn̄factorem eſſe ⁊ profiteri tribuat· Et hoc nobis concede Jeſu chriſte ſancte ſanctoꝝ· Qui viuis ⁊ regnas in ſcl'a ſcl'orum· Amen

Hora duodecima quō Chriſtus Jeſus fuit ductus ad Pilatū iudicem

DEus in adiutoriū meuȝ intēde· Dn̄e ad adiu· Gl'a pr̄i· Sicut erat· ꝛc·

Fundamētū meditatōis

Adiuua me domine Jeſu chriſte lugubri mēte meditari. q tu ductus fuiſti ad iudiciū et corā Pilato iudice tā innocēter de multis malis accuſatus

De miſerabili pertractatione dñi nr̄i Jeſu xp̄i.

ACh dñe Jeſu hora p̄ma ⁊ ſummo mane om̄es ſeniores in cōſiſtorio aggregati fuerunt. qui tota nocte tractauerunt. quō te accuſarent et occiderent. Et cōſilio de accuſatoribus ⁊ teſtibꝰ

habito· ⁊ inuēto miſtros deteſtabiles in
domuȝ pontificuȝ te vocare ⁊ adducere mi
ſerūt· Ach dn̄e Jeſu q̄ʒ horribili clamore
ſup te ſolum in angulo domus ſedentē ir/
ruerūt ⁊ dixerūt· Surge ſurge Jeſu· quid
facis· dormis an nō? Ueni ad p̄ncipes ſa/
cerdotuȝ q̄ te vocauerunt· O q̄ʒ violenter
te eleuauerunt· O q̄ʒ inmiſericorditer te
duxerunt· O q̄ʒ irreuerēter ſeniores ⁊ p̄n/
cipes te receperunt ⁊ dixerunt· Ha Jeſus
es tu hic· Es tu ꝓpheta et filius dei ſicut tu
dixiſti· q̄re tu hoc nō p̄uidiſti? Ach dn̄e Je
ſu agnus innocēs ⁊ inmaculatus· tu nū/
q̄ʒ pctm̄ cōmiſiſti· ⁊ tn̄ de multis malis ac
cuſatus fuiſti· Ach dn̄e Jeſu iudex viuoꝝ
et mortuoꝝ· tu alios debes iudicare con/
demnare ⁊ ſaluare· ⁊ ad iudicium peccato
rum tractus tanq̄ʒ vilis latro fuiſti· nec h̄
impedire voluiſti·

De Petro et Johāne

Ach Petre ⁊ Johãnes qui in do
mo pontificis fuiſtꝭ· ⁊ audiuiſtis
ꝗ miniſtri dñm vocãtes dixerunt
Surge Jeſu veni· ad ſeniores populi: q̄ te
Pilato volũt tradere vt moriarꝭ· Quid
ergo tu filius dei eterni eſſe gloriarꝭ· Heu
ꝗ̃ crudeles ⁊ doloroſos rumores ꝑcepiſtꝭ
Heu quãta lugubri viſiõe dñm veſtrũ ad
ꝑdenduꝫ deduci vidiſtis·nec ſecuti ipm̃ fu
iſtis. Ach Petre q̃ꝫtum dolorē in corde
tuo cõcepiſti·qñ mgr̃m tuuꝫ de domo pon
tificis ad iudiciuꝫ duci vidiſti· q̄ te oculis
ſuis ita miſerabilr̃ inſpexit· De cuꝰ cõſpec
tu lumē cognitiõis pctõꝝ tuoꝝ ⁊ negatio
nis in te ſurrexit· ⁊ ad tantã penitētiã ⁊ cõ
tritionē ductus fuiſti· ꝗ amariſſime flere
cepiſti· ⁊ ciuitatē exiuiſti· ⁊ ad montes ſo/
litudinis te pro penitentia recepiſti· nec a
fletu ⁊ penitentia decetero omnibus die/
bus vite tue te continuiſti· Ach Johã/
nes quid enim tu feciſti· tu magiſtrum di
lectum ꝑdidiſti· Quid autem aliud face

res niſi q̄ matrē ſuā ⁊ tuā dilectiſſimā do-
minā ⁊ cognatā viſitares· et ei anguſtiaꝫ
et miſeriā filij ſui nuntiares· O Johāes
cum q̄nto cordis dolore iter ad domuꝫ do-
mine tue arripuiſti·nec a magno vlulatu
et fletu cōtinere te potuiſti·Ach Johānes
quot hoīes et amici dilecti magiſtri tui in
via tibi occurrerūt· ⁊ diligēter a te quō ſe
haberet magiſter et dn̄s queſiuerunt· nec
ipīs pre fletu reſpōdere potuiſti·ſed vlteri⁹
ꝓceſſiſti·⁊ ad domuꝫ dn̄e tue cum ingenti
plāctu veniſti·Ach Johānes q̄ꝫ turbatā
tuā dominā inueniſti· nec eā ſpirituꝫ habe
re pre doloris magnitudine ſenſiſti· Ach
q̄ꝫ ſubito ad pedes eius cecidiſti·nec ei loq̄
pre lachrymis ⁊ ſuſpirijs potuiſti· Tandē
tu doloroſa dn̄a reſumpto ſpū· cognatuꝫ
tuū Johannē oclīs plenis lachrymis in-
ſpexiſti Ach q̄ꝫ cuꝫ flebili voce dilectiſſima
dn̄a recepiſti ⁊ dixiſti· Viuit ne adhuc fi-
lius meus Cui tu Johānes r̄ndiſti·Dn̄a
dilectiſſima adhuc eſt in vita·ſed male ha

det· Tota die eſt tribulatus ꝛ flagellatus
in domo pontificuȝ· ꝛ iā iudei tractāt quō
ipm occidāt· Venite ſtatim vt ſaltē viuū
ipſum inueniatis· Ach dulciſſima dn̄a b̄
tu audiēs· ad terrā tanꝗ̄ mortua cecidiſti
nec vitā in te ſenſiſti· Ach ꝗ̄ cum magno
plāctu ꝛ luctu ſorores tue ꝛ alie mulieres
amici tui ꝛ cognati· te doloroſam dominā
leuauerūt· ꝛ cū lamentatiōe ineſtimabili
et fletu· q̄ſi mortuā te ad videnduȝ filium
tuuȝ ſic afflictuȝ· ſic derelictuȝ duxerūt· plo
rans inceſſanter per ciuitatē hieruſaleȝ di
cens· Heu me vbi eſt dilectꝰ filiꝰ meus
vbi te dilecte fili mi inueniā? q̄rere te cepe
runt ꝛ ligauerūt· Quare te mihi abſtule
runt· Ach Maria quāta dolore te reple
tam ſenſiſti· qn̄ ad domuȝ illā veniſti in q̄
p̄ncipes ſacerdotuȝ filiuȝ tuuȝ affixerūt tā
horribiles voces ꝯtra euȝ dederunt· Furio
ſe clamauerunt· ſibi alapas plures in col
luȝ· in faciē· in corpus dederūt· Ach Ma
ria ꝗ̄ maleictus ꝛ ꝑcuſſiōes in corde tuo

ſuſtinuiſti· Ach quoties ad domuz illā ac
ceſſiſti·p rimas ⁊ per feneſtras pſpexiſti·
filiū tuū libēter cōſolat⁹ fuiſſes ⁊ vidiſſes
Sz ianuis clauſis foris ſtetiſti ⁊ amare
fleuiſti· O glo'ſa dn̄a q̄zta fuerunt tua cru
ciamīa·qn̄ iudeos ⁊ alios iniquos cōcur
rere ⁊ cōgregari ante domuz pontificuz vi
diſti· ⁊ multa malefica falſa et mēdoſa de
tuo filio loqui audiuiſti·de q̄bus om̄ibus
ip̄m innocentē ſciuiſti ¶ Ach meſtiſſima
Maria·q̄nto cruciatu gladi⁹ doloris te
pforauit·de q̄ tibi Symeon p̄pluetauit·qn̄
filiuz tuuz vnicum ⁊ dilectiſſimū de domo
pontificuz ⁊ cōſiſtorio ſenioꝝ ad p̄torium
Pilati iudicis duci vidiſti·⁊ ip̄m nō pre fi
lijs hominuz ſpecioſuz·ſed in facie vt lepro
ſum·maculatū·ꝯſputuz·vulneratuz·cruē/
tatuz cōſpexiſti· O q̄ztus dolor te dulciſſi/
ma Maria ⁊ ſorores tuas ⁊ alios ami/
cos tuos inuaſit·qn̄ vidiſtis ip̄m deforma
tum·⁊ ita viliter tractatuz· Et vere tu pia
virgo om̄es dolores ⁊ afflictōes quas tu⁹

filius ſuſtinuit in facie ſui corpis· tu dulciſſima mater ſuſtinuiſti ĩ facie tui cordis ¶ O dñe Jhu q̃ntuz augmentabat̃ dolor tu⁹ ꝛ ſuſpirabas· qñ audiuiſti ꝛ vidiſti matrẽ tuã dilectiſſimã· cui⁹ dolorẽ eẽ tuuz reputabas· Ach Maria q̃d ad filiuz tuum dixiſti· qñ ip̃m taliter tractatuz vidiſti· cogitare tecũ nõ valeo· nec meditari ſufficio

¶ Quare et ad quẽ fructum Jheſus chriſtus ad iudicium duci voluit

O Mirabile negotiuz· ſummus iudex iudicat̃· Juſticia damnat̃· Immunis ab omnibus peccatis accuſat̃· Innocẽs infamat̃· De⁹ blaſphemat̃· Sed q̃re dñe Jeſu ꝓpter me hec pati voluiſti? Uere dñe Jeſu tu volebas ꝓpter me ad iudiciuz mortis duci· vt me cũ tua morte ꝛ iuditio finali ꝑpetue mortis reduceres· Tu dñe volebas accuſari propter

me tanꝙ iniuſtus et malus· vt me homi/
nem maluz ⁊ iniuſtuz iuſtificares· ⁊ apud
patrē excuſares· Tu dn̄e Jeſu xp̄e de pecca
to Petri· ⁊ eius cecitate doluiſti· ⁊ iō ocu/
lo tue miſericordie reſpexiſti· ⁊ ip̄m ad peni
tentiā ⁊ cognitōem ſuoꝝ peccatoꝝ duxiſti
vt oſtenderes ꝙ ſemꝑ de peccatis hominū
doleres· ⁊ conuerſionē ad penitentiā ab ho
minibus deſideras· Te mihi·

Quō fruct⁹ illi⁹ paſ ſionis debet impetrari

Rogo te piiſſime dn̄e· vt me in
piiſſimuz malefactorē ad quo/
tidianuz capitulū et iudicium
rationis mee ꝑducere digneriſ·
vbi iudicare ⁊ emendare poſſem om̄es de/
fectus meos· Sit accuſator meus mea
conſciētia· teſtis mea memoria· ratio iu/
dex· voluntas carcer· timor tortor· oblec/
tamētum tormētum· Peto etiaz domine

ego infelix homo q̃ totiens cum peccatis meis me a te auerti· te negaui· vt te ad me cõuertas· facie tua me illumines: oculo tue miſericordie me reſpicias· vt cum Petro defectus meos cognoſcã· penitere incipiã et ad gratiã tuam cum Petro pueniam· Hoc nobis cõcede Chriſte rex angeloruꝫ qui regnas in ſecula ſcl'orum· Amen·

Hora decĩatercia quo modo Chriſtus Jheſus fuit ab herode illuſus

Deus in adiutoriuꝫ meum intende· Domine ad adiuuãdum me feſtina· Gl'a p̃ri· Sicut erat· ⁊c.

Fundamẽtũ meditatõis

Adiuua me domine Jeſu criſte corde do

loroſo meditari ꝙ miſ-
ſus a Pilato ad regē He-
rodem fuiſti q̄ tibi illuſit
tanq̄ʒ fatuo : et veſte al-
ba te veſtiuit et Pilato
remiſit

¶ De miſerabili illuſione Jeſu chriſti

ACh domine Jeſu chriſte q̄ crude-
liter · ⁊ mō taʒ inhumano te de do-
mo ⁊ p̄torio Pilati homines ini-
qui ad Herodē duxerunt · currendo ſaltā-
do detrahendo · clamando viam illam per
ciuitatē fecerunt · ¶ O ſapientiſſime deus
qui omnia ſapienter creaſti et formaſti ·
Oia prudenter gubernaſti ⁊ ordinaſti · Et

tamē herodes cum pluribus alijs fatuuꝫ
eſſe te reputauit· ⁊ ad moduꝫ fatui te veſti
ri mandauit ¶ Heu mihi miſero ꝙ toti/
ens te deum· te ſummā ſapientiā· ſtulte et
fatue rep̄hendo· ¶ Regimē tuuꝫ in mundo
vilipendo· p̄latos et officiatos tue ſancte
eccl'ie ⁊ mundi ſiniſtre iudico· ſtatuꝫ ſub/
ditoꝝ puerto Si aliq̄bus tribuis in ſuis
ſanctꝭ pſperitatem· doleo· Si vero aduerſi
tatem· gaudio· Tēpus regere volo de au/
ra· de fructibus· de frugibus· q̄s ꝓuidētia
tua donat ꝯtentari nolo Et oīa ꝯtra diui
nā diſpoſitionē vellem ordinari Pro quo
merito debeo ſtultus ⁊ fatuus reputari·

¶ De Maria

Ach Maria q̄ꝫtum leſit cor tuuꝫ tanta
filij tui illuſio ⁊ cōfuſio· O quāta amari/
tudine cordis vidiſti filiuꝫ tuuꝫ deiectuꝫ et
deſpectum· ita rireuerēter duci· ⁊ cum tāto
tumulto ⁊ inſultu· mō ad herodem· mō ad
Pilatuꝫ· ⁊ oēs in euꝫ fremuerūt· ⁊ tan/

ꝙ fatuo ſibi illuſerunt· Ach Maria cuꝫ
quāto iubilo ⁊ gaudio faciē filij ꝓus vidi
ſti· nec aliqđ iocundius videre potuiſti· et
mō faciē ſuā nō habentē ſpeciē neqꝫ decorē
deformatā vndiqꝫ cōſpexiſti· Quō potuiſti
te cōtinere· nō reſtabat aliud niſi flere· Ve
mihi miſero ꝙ tantā abuſionē in me inue
nio· Scio ⁊ lego dn̄m meuꝫ infamare· vi/
tuperari· Et ſemꝑ cupio laude gloriari· vi
deo deuꝫ meum dehonorari et volo ſemper
honorari· Audio deuꝫ meuꝫ ſapiētiſſimuꝫ
infatuari· Et ſꝑ deſidero prudēs eſtimari

¶ Quare et ꝓpter quā vtilitatem Chriſtus Jeſus volebat illudi

O Mirum negotiū· ſumma ſapiē/
tia infatuat· diuine maieſtati il/
luditur· gloria ſanctoꝝ deridetur
Sed quare hec enormia ꝓpter me domine
Jeſu pati voluiſti? Certe dn̄e Jeſu tu vo

[illegible]bas infatuari ꝓpter me ⁊ ꝓ ſtulto repu/
tari· vt me hoīem fatuuꝫ ⁊ ſtultū in factis
meis prudentē faceres· ¶ Ue mihi ſapiē
tiſſime dñe q̇ tot ⁊ tantas fatuitates mag
nas me feciſſe ⁊ facere memini· Tempus
eñ gratie ⁊ annos meos quos vixi ꝑdidi
et male expendi· In q̄bus multa bona me
neglexiſſe ſcio· q̄ bñ ⁊ faciliter potuiſſem fe
ciſſe· Inſup dormiui ⁊ vigilaui in peccatis
magnis· Et ſi mortuus fuiſſeꝫ· eterni dā
nationi deputatus fuiſſem· ¶ Ach domie
quot ⁊ tot ſunt hoīes ſub ānis meis mor/
tui· ⁊ tu mihi ita miſericorditer pepciſti· et
parcis q̊tidie ꝓpter cōuerſionē ⁊ emendaꝫ
meā· qd̄ minime aduerto· nec me ad te cō
uerto· Ue mihi ⁊ iteꝝ ve mihi de magna
mea fatuitate· ꝙ totiēs ꝓpter peccata mea
tuā grām dñe amiſi ⁊ amitto· de q̊ magnū
impedimētum ad vitā virtuoſam ⁊ ſpūa/
lem habeo· Nec vnq̄ꝫ cogitaui· nec verbis
nec factis me ad hoc ordinaui· vt gratiaꝫ
tuam haberē et reciperem· ⁊ in virtutibus

proficerē ¶ Heu mihi fatuo qui tam ſtul te me in hoc habeo ꝙ de tuis beneficijs do mine mi que multis annis recepi· ꝛ quo tidie recipio taꝫ ingratuꝫ me exhibeo· nec tibi pro his ſeruio ſicut debeo· nec cogito ꝙ de illa ingratitudine oportꝫ me tibi red dere rationē· ꝛ ſingula bñficia accepta cō putare· ꝛ cum penis ſub vſura recōpenſare ¶ Ue etiā mihi de tanta fatuitate ꝙ mul tis annis in magnis peccatis cōtra te do mine ꝑpetratis friuole vixi· nec vnq̄ꝫ de pe nitentia ꝛ reconciliatōne cogitaui· nec in mente mea ponderaui ꝙ vna dies penitē tie plus mihi prodeſt in vita preſenti ad vitam eternaꝫ· q̄ꝫ mille anni poſt hanc vi tam· ſi introibo ad purgatorium vel geben nam· Heu domine Jeſu chriſte etiaꝫ mihi miſero de tanta ſtulticia ꝙ tantuꝫ preſen tem vitam tranſitoriaꝫ diligo· et eternam negligo· ꝛ diu in pñti viuere diſidero Nec attendo ꝙ quanto plus viuo: tanto plus pecco· Et quāto eſt vita pſens lōgioꝛ tan

to culpa ⁊ offenſa mea eſt numeroſior·
Quotidie creſcunt mala ⁊ ſubtrahuntur
bona·nec diē mortis mee p̄ſcio·⁊ qñ mors
veniet·vbi me inueniet· ⁊ q̄liter me occadꝫ
ignoro ⁊ neſcio· Nec attēdo quāto diutiꝰ
tu expectas me dñe ⁊ iudex in pñti de peni/
tentia· tāto diſtrictius me in futuro iudi/
cabis de negligentia· Nec aduerto ꝙ quē
deus in pñti flagellas diligis· et in futuro
ſaluabis· Et quē peccantē in pñti flagellā
do nō emēdas·in futuro dānabis· ¶ Ue
etiā mihi de tāta fatuitate pacta ꝙ ꝓpter
delectatōnes mūdanas·ꝓpter voluptates
carnales in pctm̄ cecidi: te dñe Jeſu cum
tua vita eterna· cū tuis ſcis ⁊ angel' amiſi
et ꝑdidi· Et ecōtra diaboluꝫ ⁊ mortē eter/
nā rehabui ⁊ inueni· ¶ Heu q̄lis cōmuta
tio·heu q̄lis iniuſta mercatio· heu q̄ꝫ diſſ
milis et fatua mercatio· heu q̄ꝫ diſſimilis
et fatua ꝯpatio dare deuꝫ ꝓ diabolo: vitaꝫ
pro morte: eternū gaudiuꝫ ꝓ eterna triſti/
cia ⁊ pena· celuꝫ ꝓ inferno· angelos ⁊ ſanc

tos pulcherrimos ꝛ ſpecioſos ꝑ diabolis ꝛ ſpiritibus immundis ꝛ tortuoſis·

Qualiter fructus illuſi- onis debet impetrari

Rogo te dñe: vt cõfuſio ꝛ infama tio tibi inflicta· mihi famã lauda bilẽ in ꝓximo et acceptabilez tibi in p̃mio generet· Illuſio ꝛ infatuatio tua me prudentẽ reddat· ꝛ diſcretũ in omibus faciat· vt ſciã cogitare loqui ꝛ opari quid omi tpe ſit acceptũ tibi ꝛ gratũ· ꝛ mihi et ꝓximo fructuoſuz· Hoc nobis cõcede Je ſu chriſte retributor bonoꝝ· Qui viuis et regnas in ſecula ſclorum· Amen·

Hora quartadecima de flagellatione et coro- natione Chriſti Jeſu

Deus in adiutoriu͂ meuz inte͂de· Dn͂e ad adiu· Gl'a pr͂i· Sicut erat· &c·

Fundame͂tu͂ meditato͂is

Adiuua me dn͂e ihu criſte doloroſo corde meditari: q͂ fuiſti veſtibus tuis ſpoliatus· nudus ad columna͂ ligat⁹· et virgis ac flagellis flagellatus· et corona ſpinea coronatus

De miſerabili ptractato͂e et denudato͂ne dn͂i Jeſu·

ACh dn̄e Jeſu chriſte: q̄ꝫ mag-
num honorē et reuerentiam re
giā in die palmarꝝ tibi iudei fe
cerunt· qn̄ cum palmis canti-
cis ꝛ laudibus tibi obuiauerunt· veſtimē
ta repoſuerūt atqꝫ ad terrā illa proſtraue
runt· vt aſinus tuus mollis incederet· et
aſpera via corpus tuuꝫ non lederet ꝛ con
cuteret· Sed heu mō idem iudei ad tuā cō
fuſionem et irreuerentiā veſtimenta tua ꝓ
pria tibi repoſuerunt· ꝛ ꝑ tuum caput tibi
tam atrociter abſtraxerunt· nudum te co
ram om̄i populo cuꝫ magna cōfuſione te
ſtare fecerūt· ita ꝙ p̄ nimia verecūdia pu-
dibūda tua videri erubuiſti· ꝛ ad terrā ſe-
dendo te ſubmiſiſti· g nua tua pectori tuo
applicuiſti· calces pedū tuoꝝ poſteriori ꝑti
adiūxiſti· manꝰ tuas in inuicē cū digitꝭ cō
cluſiſti· ꝛ an̄ faciē tuā tenuiſti· Ach q̄ꝫ dolēt
ꝛ miſerabil'r dulciſſiē dn̄e ibi ſediſti ꝛ ama
riſſiē fleuiſti· p̄ frigoribꝰ tremuiſti· Torto
res ꝛ flagellatores· virgas et flagella ſua

preꝑare vidiſti: de quo tm̄ abhorruiſti ſicut
puer abhorret ⁊ de magiſtro vel patre ſuo
ſibi maxie timet. qn̄ in pn̄tia ſua virgā vi
det ꝑparari cuꝫ qua corpus ſuum dꝫ diſci
plinari. Ach deus meus ꝙꝫ mirabile fac-
tum. O ꝙꝫ miſerabile negotiuꝫ audio de
te creatore meo. Tu em̄ volucres celi va-
rijs pennis. aīalia diuerſis ornata pellibꝰ
flores multꝭ coloribus. hoīes multiplica
tis veſtibus adornaſti ⁊ veſtiſti. ⁊ tu ab ho
mine ꝓprijs tuis veſtibus ſpoliatus fuiſti.
Ve mihi peſſimo vermiculo q̄ vermis
et cadauer putridū ero in tumulo. habere
veſtes ꝑcioſas ⁊ multas ſollicite ſtudeo. ⁊
corpus meū a ſummo creatore ſapiētiſſie
ornatū ⁊ formatuꝫ. cuꝫ pellibus ⁊ crinibꝰ
aīalium mortuoꝝ melius formare volo.
herbis lapidibuſqꝫ terre ⁊ artibus preor-
nare cupio

De flagellatiōe criſti.

Ach ſanctiſſime dñe q̄ꝫ innocēter
Pilatus mādauit te flagellari ⁊
pro delictis accuſatis emēdari.
Ach q̄ꝫ inhumaniter miniſtri Pilati vir/
gis recentibus ⁊ flagellis nodatis tuum
corpus ſanctiſſimuꝫ ⁊ delicatiſſimū ꝑcuſ/
ſerunt. Ach q̄ꝫtum in hoc cōplacere iudeis
accuſatoribus ſtuduerunt. Ach quotiens
ip̄is tortoribus fatigatis ⁊ pauſantibus
iterum te ꝑcutienduꝫ alij viliores acceſſe/
runt. Cutem tuaꝫ ꝑ totum corpus tuum
vndiq̄ꝫ fregerunt. venas verberibus aperu/
erunt. imo tam fortiter te percuſſerunt. ꝙ
multotiens virge et flagella fregerunt.
Et partes virgarum et nodi flagellorum
in carne tua fixa manebant. et ſanguis de
omībus membris corporis ad terrā deflu
ebat. Ach dñe Jeſu chriſte. quotiens tan/
tis ictibus duriſſimis ⁊ doloroſis dorſuꝫ
tuuꝫ incuruando. ſcapulas ⁊ aſſellas con
trahendo cedere oſ̄diſti. Sed qꝛ ad colum
nā ligat⁹ fuiſti. vitare nō potuiſti. Ach dñe

quotiēs pꝛe magno dolore tā miſerabilr clamaſti·nec tortores tuos de peccato ſuo increpaſti· O dulciſſime dñe quāta ꝑ me paſſus es·dura verba·duriora verbera·duriſſima vulnera·O deus pater q̄liter ſuſtinuiſti tm̄ opprobriū ⁊ vituperiūꝫ fieri filio tuo dilecto·in quo tibi ſemꝑ cōplacuiſti· ſicut in eius baptiſmo ⁊ trāfiguratōe dixiſti·O pater miſericordie ſi om̄ibus te miſericordem oñdis·cur dilecto filio tuo ita crudelis eſſe videris· ¶ Nōne amplius fuit tibi dilectus· ¶ Nonne amplius fuit tuus filius·Quare nō ſuſtinuiſti angelorum choros·iuuare ſuum dñm ſic ab impijs hoībus leſum ⁊ ꝑcuſſuꝫ· ¶ Ve mihi miſero peccatori q̄ ꝑditionis ⁊ oīs paſſionis dei mei innocẽtis cauſa exiſto: Quare ſibi non cōdoleo· Quare in fletuꝫ maximuꝫ nō erumpo: Quare in flagellis ⁊ tribulatōibus aliq̄n mihi adueniẽtibus·ita impatientẽ ⁊ reclamãtẽ me inuenio· Nec attẽdo ꝙ cum tribulatis te tanq̄ amicū

cos flagellari in pn̄ti pmittis· ꝛ inimicos
abſqꝫ flagellis in pn̄ti vita dimittis·et ad
eternā gehennā flagellari remittis

De corōtiōe ſequitur.

Eya dn̄e q̄ꝫ tam reuerentiā iudei in
ſolitudine qn̄ multa milia hoīm
de paucis panibus cibaſti ꝛ paui
ſti·tibi volebāt exhibere· ꝛ te regē facere et
habere·qd̄ recuſaſti ꝛ rēnuiſti·Et modo te
falſe accuſauerūt·te velle eſſe regē iudeoꝛuꝫ
contra edictum impatoris phibuerunt·
Pro quo a Pilato petiuerūt q̄ te in regē
infatuatuꝫ deriſorie purpura veſtiret·ꝛ co
rona ꝯtumelioſa coronaret Ach piiſſi
me ac veriſſime rex dn̄e Jeſu xp̄e q̄ꝫ immiſeri
corditer miſtri Pilati te acceſſerūt ꝛ dix/
erunt·Veni Jeſu tu es rex iudeoꝝ· ꝛ non
habes inſignia regalia·ꝛ tāta violentia ꝛ
furia tibi dn̄e chlamydē induebāt· Et coꝛ
pus tuuꝫ vndiqꝫ vulneratum denuo lede/
bant·Ach dn̄e Jeſu xp̄e q̄ꝫ deriſorie te ſuper

ſedē ſedere fecerūt· ⁊ coronā de lignis ſpi/
neis confecerunt· ⁊ capiti tuo ſanctiſſimo
ſuppoſuerūt·baculis ⁊ fuſtibus impreſſe/
runt·ac longis lanceis ac phalāgis mag/
nis fortiſſime ſuper coronā ꝑcuſſerunt· ꝙ
ſpine ꝑ cerebellū ad cerebꝝ ꝑtranſierunt·
Cerebꝝ ⁊ venas ſenſuū leſerunt· ita ꝙ ſan
guis de capite·ꝑ faciē· ꝑ collū·ꝑ crines et
capillos defluebat· ⁊ caput totū cruētatū
et tanꝗ̄ in ſanguīe eſſe tinctū apparebat·
¶ Ach dulciſſime domine Jeſu chriſte·ꝗ̄
tum dolorem ſentiebas· Ach quātas cō/
tumelioſas deriſiones a iudeis ⁊ alijs in
iquis ſuſtinebas· qui totiēs tam deriſorie
et deſpectiue ſuꝑ genua ſua ꝓcidebāt ſalu/
tando te· Aue coronate rex iudeorū dice/
bant ¶ Ve mihi miſero: ꝙ frequēter de/
licias quero: pudeat·verecundet membꝝ
eſſe ⁊ ſtare ſub capite ſpinoſo · Inauditū
eſt dum caput egrotat ꝙ cetera membra
non languent ¶ Heu mihi ꝙ ita exceca/
tus ſum ⁊ non video caput meū·meū deū

liliũ candidiſſimuꝫ ſtare int̄ ſpinas· ⁊ ego
ſuum membꝛuꝫ ſto inter delicias· ¶ Ach
coꝛ peſſimuꝫ· imo diabolicum· cur magis
compateris pꝛaue puncture tui pedis q̄ꝫ
grauiſſime paſſioni dei tui· anime tue· ca-
piti tuo· ¶ Heu cecitas immenſa· ¶ Heu ego
ſerpētibus ſum peioꝛ· ⁊ multuꝫ ipis deteri-
oꝛ· q̄ pro capite totuꝫ coꝛpus ſuuꝫ exponūt
flagello· Et ego capiti meo chꝛiſto nō cō-
patioꝛ nec ꝯdoleo ¶ Sed videtur mihi ꝙ
foꝛte membꝛuꝫ ſum putridum· vel de chꝛi
ſto capiti meo abciſum vel moꝛtuuꝫ· ſi nō
ſentio chꝛiſti capitis mei doloꝛem vel op-
pꝛobꝛiū· Ve m̄ etſi tibi chꝛiſto ih̄u capiti
meo nō compatioꝛ· quō tibi cōregnabo·
Et ſi tibi non compatioꝛ· quō membꝛuꝫ
tuuꝫ me eſſe ꝓbabo· Quid peius· quid ma
gis moꝛtiferuꝫ q̄ꝫ tibi capiti meo non cō-
pati· ⁊ tanq̄ꝫ putriduꝫ membꝝ a tuo coꝛ-
poꝛe abſcidi? Et quid nobilius· ⁊ q̄d fruc-
tuoſius q̄ꝫ tibi o dn̄e filio dei ꝑ ꝯpaſſioēs
aſſimilari? Tibi ꝑ patientiā iniuriaꝝ ade

quari· Etſi tibi dn̄o fuero ꝑ ↄſolatōnes ⁊ delicias ⁊ honores diſſilis· quō ero tibi in regno tuo ↄformis· ¶ Ve mihi q̄ poſt tā p̄clarū hūilitatis ſpeculum ſupbia extol/ lor· ⁊ ↄtemptui habeo filiū dei: q̄ tanto pl⁹ amore honorari deberet· quāto magis pro me indigniora ſuſtinuit·

De vtilitate denudatiōis flagellatiōis ⁊ corōtiōis

O M̄ mirū negotiū· qui oīa bn̄ creauit veſtiuit ⁊ ornauit· ſuis ꝓpriis veſtibus ſpoliat᷑· Innocēs ⁊ iuſt⁹ flagellis diſciplinat᷑· Verus rex celi ⁊ terre corona in gl'a deriſorie coronat᷑· ¶ Sed quare dn̄e Ieſu hec pati ꝓpter me voluiſti· Certe dn̄e tu ꝓpter me volebas denudari· et veſtibus tuis ſpoliari· vt tua morte veſtē mihi immortalē· ⁊ dignā celeſtiū nuptiarum cōficeres· Tu volebas flagellis diſciplinari ꝑ me· vt me hoīem a diſciplīa eter/

narum penaꝝ liberares· Tu volebas ſan
guinē tuum de toto corpe tuo copioſe fun
dere ꝑ me· vt tu cum illo ꝑcioſo theſauro
mihi eternā patriā venditā cōparares·
Item dn̄e Jeſu tu volebas ꝑmittere de te
regē fictuꝫ ⁊ infatuatū fieri ꝓpter me homi
nem· vt tu me hoīem tua paſſione regeꝫ ce
leſtꝭ regni faceres· Tu volebas corona pe/
noſa ⁊ i glĺa coronari ꝑ me in terrꝭ· vt me
glĺa ⁊ honore coronares in celꝭ· Ve mihi·

¶ Quō fructus ꝑdicto rum debeat impetrari

Rogo te dn̄e pijſſime rex· vt veterē
hominē ⁊ habituꝫ vicioꝝ mihi ex
uas· ⁊ nouuꝫ hoīem cū habitu vir
tutū mihi induas· me in ꝑſenti vita ꝑ pec
catis meis flagelles· mihiq̄ꝫ ſpinas peni/
tentie· ⁊ contritōis infigas· vt a te poſt hāc
vitaꝫ tanq̄ꝫ iuſtus ⁊ fidelis corona glorie
coronari merear in celis· Hoc nobis pre

ſtare digneris. Qui viuis ⁊ regnas. Amē

Hora decimaquinta de adiudicatione Chriſti ad mortem. Sequitur.

DEus in adiutoriū meū intēde. Dñe ad adiu. Gl'a pri. Sicut erat. ⁊c.

Fundamentum meditationis

Adiuua me domine Jheſu chriſte deuote ac lachrimoſa mēte meditari. q͛ a Pilato iudicatus fuiſti ad mortē crucis

De miſerabili cōdem-
natiōe chriſti ad mortē.

Eya dn̄e Jeſu xp̄e: cum q̄nta gl'a et
laude iudei in die palmar̄ tibi cā
ticis occurrerūt· ⁊ te bn̄dictum fi
lium dauid vnanimiter nōiauerunt· mō
te maledictuȝ peccatorē eſſe accuſauerūt· et
omnes crucifigi· ⁊ in patibulo ſuſpendi te
clamauerūt· Et barrabā peſſimū latronē
dimitti petiuerūt· Ach dn̄e Jheſu dulciſſi
me deus· q̄ tam durus ⁊ impius inueniſ·
qui clamores illos horribiles ſine gemi-
tu valeat audire ⁊ ſine ꝯpaſſione p̄terire·
Ach q̄ȝ miſerabile q̄d· Ach quāta pūerſi-
tas in iudeis apparuit· q̄ petiuerūt aucto
rem vite ad mortē condēnari· ⁊ homicidā
ac latronē dignū morti ad vitā reſeruari
et lupuȝ agno morteȝ vite· tenebras luci·
iuſto iniuſtuȝ tā impie p̄ferentes

Maria

¶ Ach Maria dilectiſſima dña q̄ꝫtum
tua materna viſcera fuerūt cōmota·q̄ꝫ for
titer anima tua doloribus ⁊ tribulationi
bus fuit flagellata·⁊ cuꝫ filio cruciata·qñ
filium tuuꝫ de p̄torio Pilati duci vidiſti·
et vndiqꝫ cruentatuꝫ·flagellatuꝫ· corona
ſpinea coronatuꝫ·ita ꝙ ſanguis ad terraꝫ
de corpe emanauit· ⁊ caput ſuū tanq̄ꝫ eſſꝫ
in ſanguine tinctuꝫ·⁊ lotuꝫ ſe demōſtrauit
¶ Ach Maria q̄ntum in te creuit dolor
et anguſtia· qñ iudeos ſenſiſti tā indura/
tos nec de multis afflictōibus filio tuo fa
ctis eſſe contentos· Sed inſup omnes ip
ſum ſuſpēdi in patibulo clamauerūt·⁊ bar/
rabā dimitti viuuꝫ petiuerūt·Ach dñe Je
ſu q̄ꝫtum luctum et planctum mater tua·
amici tui·cognati tui dilecti fecerunt·quā
do ſententiā mortis cōtra te dari a Pila/
to audiuerūt·Ach Maria doloroſa dña
quāta tunc fuerunt tibi cordis cruciamē/
ta·pre pauore eīn et terrore ſententie lapa/
tis brachijs tuis ⁊ manibus exanimis in

terram cecidiſti ⁊ defeciſti. Et viribus ali-
qualiter reſumptis manus torquēs per ca-
put eleuaſti. amariſſime fleuiſti ⁊ ploraſti
et dixiſti. Heu mihi miſere matri. quis mi-
hi det vt ego moriar pro te fili mi Ach ego
mater miſera. ⁊ debilis. Ach hora nimis
flebilis. Ach tempus nimis amarum. in
quo debeo ꝑdere filiuꝫ mihi carum.

De baiulatiõe crucis Chriſti Jeſu

Ach dñe Jeſu iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ
q̄ꝫ miſerabile fuit hoc de te. ꝙ tu q̄ debes iu-
dicare om̄es homines in nouiſſimo die et
ſedere iudiciuꝫ. ab hoīe fuiſti iudicatus ad
mortis ſuppliciuꝫ. Ach domine Jeſu q̄ꝫ
furioſe ⁊ crudeliter miniſtri Pilati veſteꝫ
purpureā tibi pro rege infatuato indutaꝫ
tibi nunc abſtraxerunt. Ach q̄ꝫtum te tūc
leſerunt. qñ veſtes carni ⁊ cuti vulneratis
fortiter ex ſanguine indurato adheſerunt.

tam violẽter ꝑ caput tuū ſpinis corona/
tum depoſuerūt· ⁊ veſtē tuā ꝓpriā tibi indu
ebant· ⁊ in penā ampliorē ⁊ cōfuſionē ma/
iorē· crucē tue mortis dorſo tuo impoſue/
runt· nec tibi dn̄e pepercerunt ꝙ tota nocte
te afflixerunt ⁊ tantā copiā ſanguinis de
corpore tuo diuerſis ſupplicijs emiſiſti· ꝙ
pluries pre amētia ⁊ fatigatōne paſſionū
in terrā cecidiſti· et tam miſerabiliter ſub
cruce iacuiſti· nec te iuuerūt· ſed tandē ne
ꝑ debilitatē tuā illi impij in eoꝝ ꝓpoſito
impedirent tāto deſiderio ad mortē tuā ac
celerauerūt ꝙ vnū hoīem te iuuare et cru
cem portare angariauerunt· ¶ Ach domi
ne Jeſu q̄ꝫtus populus ibi cōcurrebat· ſe/
nes ⁊ ꝑuuli· noti ⁊ ignoti· amici ⁊ inimici
O quāta multitudo ad tam grande ſpec
taculum· confluebat· alij pedeſtres alij eq
ſtres cōparebant·

¶ Maria

Ach Maria meſtiſſima dña· q̃ anx
iata ꝛ anguſtiata· q̃ dolens ꝛ triſt
ſecuta cuꝫ ſororib⁹ tuis ꝛ alijs amicꝭ filiũ
tuũ fuiſti·nec ire pre merore potuiſti· ſed in
brachijs alioꝝ quaſi mortua vix trãſiui/
ſti· O q̃ntus luctus ꝛ vlulatus· O q̃tus
plãctus ꝛ eiulatus fuit ibi ab amicꝭ audi
tus ꝛ notatus· Ach dñe Jeſu q̃ lachryma
biles voces amici tui dabant · et quan/
to plus plorabant· tãto plus inimici tui
inſultabãt· Ach Maria q̃tum fuiſti tũc
cruciata· filius eñ tuus portauit cruceꝫ in
corpe· ꝛ tu portaſti in tuo corde· Ach ma/
ria q̃tum hoc leſit cor maternuꝫ·qñ ita cõ
fuſibiliter vidiſti duci ad turpiſſimã mor/
tem tuũ dilectiſſimuꝫ filiuꝫ· Tu vidiſti ip/
ſum exhauſtuꝫ ꝛ debilitatuꝫ·crucẽ magnaꝫ
portare·ſub cruce in terrã cadere· ꝛ ſub cru
ce tam miſerabil'r iacere· nec poteras eum
iuuare· Ach q̃ inhumano mõ ipſum inu/

pij miniſtri duxerūt· cum funibus appoſi
tis collo ⁊ corpori· Alij traxerunt ipm̄ ad
vnā ꝑtem· Alij ad aliā· Alij pugnis ⁊ ba
culis ad dorſum· ⁊ in latus eius truſerunt
et ante eos ipm̄ tanꝙ iumentū tardū ⁊
debile ſtimulauerūt· Alij ſe ductorē ⁊ ma
lefactorē ipm̄ eſſe clamauerūt· Alij lutū
in eū ꝓiecerūt· O ꝙ multi ibi ꝯparuerūt
q̄ multa bn̄ficia ſanitatꝭ ab eo receperūt· a
q̄bus tu dulciſſima dn̄a ſperabas ꝙ debe/
rēt eū iuuare· ipm̄ liberare· ſed oēs cōtra
eū clamabāt ⁊ mortē eiꝰ deſiderabāt Ach
dn̄e Jeſu tu iuiſti ꝓ nobis ad imolādum
Nō tibi occurrebat Petrus qui dicebat
Dn̄e ꝓ te moriar· Reliq̄t te Thomas qui
dicebat· Eamus oēs et moriamur· Nec
aliq̄ alioꝝ diſcipuloꝝ fuerūt tibi aſſocia
ti q̄ in cena ſatiati· Oēs tibi ꝯmanere di
cebāt· ⁊ velle tecū mori affirmabāt· Sed
tu ſolus dn̄e ꝓ me ad mortē iuiſti· Et q̄d
ego ſum dn̄e ꝓ quo hec feciſti· Ego ſaltem
peccaui et tu non· Ego fui cauſa mortis

tue. Nōne melius fuiſſet ꝙ nō eſſem ꝗ̄ factus te dñe occiderē. Cur vt te affligerē. te occiderē. me feciſti? Cur carnes meas pre dolore nō comedo. Cur me om̄is creatura nō occidit q̄ fui cauſa mortis creatoris dei mei. Ve aīa mea nequā ⁊ impia. q̄ nec deuotōis exoluis gratitudinē. nec paſſiōis et mortis impēdis affectuꝫ: O dñe Jheſu ꝗ̄ pauci ſunt q̄ velint portare. ⁊ poſt te ire. ꝗ̄uis ſint plures q̄ velint ad te venire. cōſequi te volunt. ſed nō ſequi. Frui te volunt ſed nō imitari.

¶ Quare et ad quā vtilitatem Christus Jeſus predicta pati voluit

O Mira res. iudex iuſtus ad mortem iudicat. Juſticia cōdemnat. ſcūs ſanctoꝝ ſoti⁹ latronū efficit. Sed q̄re dñe Jeſu hec pati ꝑpter me voluiſti. Certe domie Jeſu tu volebas in ligno

mori ꝓpter me· vt me cōdemnatū ad mor
tem ꝓpter lignuꝫ vetituꝫ a morte liberares
Tu voluiſti crucē mortis ꝑ teip̄m portare
pro peccatiſ meis· vt mihi oſtēderes ꝙ ego
et ꝗlibet peccator crucē ſue penitētie ꝑ ſeip-
ſum debet portare· ⁊ hanc mortē ꝑpetuam
euitare· Tu volebas ꝙ hō portādo crucem
te iuuarꝫ· vt mihi exemplū p̄beres· ꝙ mor
tem ⁊ paſſioneꝫ tuā in corde meo portari
deſideres· Item tu dn̄e Jeſu volebas cum
malis hoībus cōdemnari ⁊ eſſe ſocius la-
tronū ꝓpter me in morte· vt ꝑ mortē tuaꝫ
ſociūꝫ iuſtoꝝ me in regno tuo faceres

Quō fructus illius paſſionis dꝫ impetrari

Rogo te dn̄e piiſſime deus· vt con
ſtituas iudicē omni die ſuꝑ pecca
tricē aīam meā· ip̄am ad crucem
mortis iudicādo· crucē penitētie ſibi impo
nendo· vt ꝑ vitā penitētie carnē mortificē

et ſpirituꝫ viuificē· ¶ Peto etiam dn̄e vt me peccatorē tibi aſſocies·mihi crucē imponēs·me tecū ad mortē ꝑnitētie ire facias· ¶ Nec me ſinas a latere tuo ſeparí·ſed tecū crucē baiulare·tecū i cruce mori·ꝛ cū morte vitam lucrari·Quod nobis concedas dn̄e Jeſu·q̄ ſine fine viuis ꝛ regnas·aꝰ

¶ Hora ſexta decima de crucifixione Chriſti

Deus in adiutoriuꝫ meum intēde Domine ad adiuuādum me feſtina·Gl'a pr̄i·Sicut erat·ꝛc·

Fundamētū meditatōis

Adiuua me domine Jeſu lugubri corde meditari: q̄ manibus ꝛ pedibꝰ cruci affixꝰ fuiſti

De miſerabili affixctione in crucifixione chriſti

Ach dñe Jheſu ꝙ ignominioſe et cõfuſibiliter iudei ⁊ gentiles te cũ duobus infamatis ⁊ ſcelerat latronibus per ciuitatem hieruſalẽ ad locũ caluarie extra portã duxerunt· vbi omnes malefactores plecti ⁊ iugulari conſueuerunt· Ach domine Jheſu chriſte ꝙ crudeliter abſq̃ miſericordia miniſtri tue mortis ĩ loco ſupplicij crucē parauerũt· et ad terram poſuerunt ⁊ tibi dixerũt· Ueni Jeſu veni· ⁊ tibi veſtem tuam depoſuerunt· crucē aſcendere te iuſſerũt· Ach dñe Jeſu ꝙ libēter ꝑ me aſcēdiſti· O cũ ꝙta patiētia ⁊ mãſuetudine te ſup lignũ cruc poſuiſſes ⁊ obediēs fuiſſes· ſed crudeles lictores te taz



crudeliter arripuerunt· et ſuꝑ crucē ꝓiece-
runt· te ꝓtendebant· te expandebant· ac in
moduꝫ pellis hinc inde trahebant ad foꝛa
mina crucis· q̄ pꝛo manibus ⁊ pedibꝰ ſuis
inſtrumētis fodiebāt· ¶ Ach dulciſſime
dn̄e· quāta crudelitate miſtri tuā manū q̄
celos ⁊ terrā fundauit ad vnū foramē coꝛ
nu crucis appodiauerūt· ⁊ cuꝫ groſſo ⁊ ob
tuſo ferreo clauo manū tuā affixerunt·
Ach domīe quot foꝛtes ⁊ duros ictus cū
malleis ferreis fecerūt anteq̄ꝫ clauos non
acutos ſed obtuſos oſſa ⁊ neruos ipſius
manus penetrarēt· Et q̊t ictus fecerūt in-
dei· tot clamoꝛes doloꝛoſos feciſti dn̄e fili
dei ¶ Ach dn̄e Jheſu q̄tum tunc iteꝝ tua
toꝛmēta creuerūt· qn̄ miniſtri filij diaboli
aliā tuā manuꝫ receperūt· ⁊ alio coꝛnu cru
cis foramē applicuerūt· q̊d tua manꝰ at-
tingere non valebat· de quo tua paſſio ſe
augmētabat· Nam toꝛtoꝛes tui ſtatim re
media adhibuerūt· Alij manuꝫ· alij bra
chia receperunt· alij funes ſub ſcapulis et

aſſellis a ꝓpoſuerūt· vt ſic forti⁹ traherent·
pedes eoꝝ cruci adiunxerūt ⁊ om̄es ſimul
traxerunt tā horribil'r· ꝙ oēs vene· neruiet
articuli brachioꝝ frangi ⁊ diſſolui ſonue/
runt· O ve chariſſime dn̄e q̄ȝtam paſſionē
tūc ſuſtinuiſti· Ach q̄ȝtum dolorē in bra/
chijs ſenſiſti· ⁊ ꝓncipal'r in manu p̄mo af
fixa· q̄ om̄es tractus tortoꝝ ſola retinuit
Clauus vero vuln⁹ mag' ampliauit ⁊ ape
ruit· Ach vnd ve chariſſime dn̄e· q̄ȝtuȝ pa
tiebaris· qn̄ tortores tui clauū ſecundū ꝑ
manū alterā· ⁊ clauū tertiū ꝑ ābos pedes
tuos ꝑcuſſerūt ⁊ cruci affixerūt? Quid em̄
doloroſi⁹· q̄d oībus tormētis acri⁹· q̄ȝ cla/
ui nō acuti ſ3 obtuſi tā mult' ictib⁹· ⁊ mal
leoꝝ ꝑcuſſionibus ꝑ dura oſſa· ꝑ venas ⁊
neruos ꝑfodi ⁊ cōfigi· Ach dulciſſimē dn̄e
q̊t lachrymabiles voces p̄ dolore dabas·
Ach q̄ȝ miſerabil'r ad om̄es ictus clama/
bas· Eya dn̄e Jeſu xp̄e etſi oportuit te iſta
pati ⁊ intrare in gloriā tuā· quō nos miſe
ri credimus intrare gloriaȝ niſi patiamur

penā ꝛ ingloriā· O q̄ꝫ indebita miſeratio· O q̄ꝫ gratuita ꝓbata dilectio· O q̄ꝫ ſtupē da dulcedo· regē gl̄e crucifigi pro deſpecto vermiculo· Ach nos indurati filij adā· q̊s nō emollit tāta benignitas· tanta flāma caritatꝭ dei noſtri q̇ ꝓ vili ſarcinula p̄cio- ſas margaritas expēdit· ꝛ tantū copiā ſan- guinis in flagellatōe et coronatōe· in cru- cifixione manuū et pedū effudit. Quid g̊ retribuā tibi dn̄e ꝓ oībus q̄ retribuiſti m̄. Certe dn̄e calicē ſalutarꝭ accipiā dilectōis et paſſionis tue· memoriā oībus diebus vite mee faciā· ꝛ tibi gratitudinē ꝓ debito exoluā· Alioquin requiretur a me ſang- uis iuſti qui effuſus eſt ſup terrā· et clama bit contra meam animā·

¶ De dolore Marie

Ach Maria meſtiſſima dn̄a cū q̄n- ta triſticia et anguſtia ſequuta tuū filium ad locum ſupplicij ꝛ caluarie fuiſti nec pre nimia ꝑplī p̄ſſura ſibi appropiare

potuiſti·ſed ſeorſuz in loco ſtetiſti·et aliqñ pre debilitate ⁊ dolore ſediſti· Ipm mani/ bus ⁊ pedib⁹ crucifigi vidiſti· Ictus mal leorꝝ inumerabiles ⁊ clamorẽ filij tui pre nimia afflictiõe audiuiſti Et quotiens fi liuz tuuz clamare in afflictiõibus ſenſiſti· potius gladio te perforari ſuſtinuiſſes vel mortẽ elegiſſes· Que pena ⁊ qͣs dolor ma/ ior pt̃ effici q̃ȝ dilectus filius in pñtia ma tris interfici ¶ Eya dña triſtiſſima· Cur ad caluarie locuz tã ignominioſuz ⁊ deſpe ctuz iuiſti? Cur cõtra ꝯſuetudinẽ mulierũ hoc feciſti? Cur vas ſanctitatis feciſti vas penalitatis? Cur nõ mãſiſti ſolitaria in tua camera? Cur te non retinuit pauor mulie bris? Cur te nõ retinuit verecundia virgi/ nalis ⁊ horror facinoris? Cur te non reti/ nuit preſſura vulgi et turpido loci aut de/ teſtatio mali ⁊ cõfuſio turpius· Hec eñ nõ deſideraſti doloroſa dña· qr cor tuum ⁊ aĩa tua fuerũt alienata a te p̃ dolore·nec erant in te ſed in tui filij afflictõe· Et tu to

ta fuiſti in tui filij morte ꝛ paſſiõe. O Sy-
meon q̃ꝫ veruꝫ p̄dixiſti. tuā ipius. ſ. filij tui
aīam ꝑtranſibit gladius. Et vere ſic erat
Tu em̄ dn̄a tota in vulnerib⁹ filij tui cru
cifixa fuiſti. ꝛ totus filius tuus fuit in cor/
de tuo crucifixus flagellatus ꝛ afflict⁹. Et
ſi peccaſſes in hoc ꝙ filiuꝫ tuuꝫ vltra cõſue/
tudinē mulieꝝ ad locuꝫ tā infamē ſecuta
fuiſſes. vtiqꝫ filius tuus te ꝓhibuiſſet. Sꝫ
exempluꝫ doloris eras omnibus chriſtuꝫ
vere amantibus. quibus licet tibi et filio
tuo compati ꝛ condolere.

Quare et ad quē fructum xp̄s talia ſuſtinuit.

O Mira res. creator ꝛ dn̄s mundi
in patibulo ſuſpendit᷑. manibus
et pedibus patibulo affigit᷑. Sed
quare dn̄e hec pati ꝓpter me voluiſti? Cer
te dn̄e tu volebas cruci affigi ꝓ me. vt mi
bi homini exempluꝫ in cruce penitentie af/

figendo prelteres· Que crucifixo debēt fieri tribus clauis·ſ·cum clauo timoris future mortis· ⁊ clauo timoris extremi iudicij·⁊ clauo timoris eterne pene· Itē tu dñe vole bas brachia in cruce extendere ꝓpter me vt me ⁊ alios ꝓpter peccata hincinde diſꝑ ſos in terra in lymbo cōgregares · vt i bra chijs tuis ad celos portares Tu volebas manus tuas pro me ꝑforari·vt pietatem tuā mihi oſtēderes O dñe ꝗ̄ pius ⁊ largꝰ eras in cruce cuꝫ tue manus fuerūt ꝑfo rate·⁊ nihil retinere poterant Tu em̄ dedi ſti aiam patri· Joannē matri· matrē Jo hanni·corpus tortoribus· ꝑadiſum et ce lum iuſto latroni· Infernū iniuſto latro ni· Penitētibus veniā· Judeis ⁊ crucifixo ribus indulgentiā· Et omni tꝑe paratus es dñe petētibus dare neceſſitatē ⁊ gratiā Item dñe tu voluiſti pedes tuos cruci affi gi ꝓ me·vt nō velles a me fugere·ſed apud te deſiderantē ꝑmanere Tu volebas ꝓpter me ſanguinē tuuꝫ p̄cioſuꝫ· cuiꝰ vna gutta

pro liberatõe generꝭ hūani ſuffeciſſet·de oī
bus tuis mēbris emittere· vt oſtēderes te
me hoīem totaliter diligere· Te mihi

Petitio fructus paſſio nis Christi Jeſu

Rogo te dñe piiſſime deus·vt extēſio
brachioꝝ tuoꝝ brachia mea ad di-
lectionē ꝓximi mei extēdāt·apertio et pfora
tio manuū tuaꝝ pietatē in largitõe elemo
ſinaꝝ m̄ faciet Affixio manuū tuaꝝ·manꝰ
meas ab illicitis tangēdis retrahat· Affi
xio pedū tuoꝝ· pedes meos ab accidia et
via lata pctõꝝ q̄ ducit ad infernū declinet
et ad viaꝫ mandatoꝝ tuoꝝ dirigat Hoc
nobis p̄ſtare digneris·qui cuꝫ patre·ꝛc·

De miſerabili crucis cri ſti Jheſu eleuatione hora decimaſeptima

DEus in adiutoriũ meum intēde. Domīe ad adiuuādũ me feſtina Gl'a patri. Sicut erat. ꝛc.

¶ Fundamentum medi tationis Sequitur

ADiuua me dn̄e Jhe ſu criſte dolenti et meſto corde meditari: ꝙ tu cōclauat⁹ cruci. cū cru ce fuiſti de terra eleuatus

¶ De miſerabili afflictio ne Chriſti Jeſu

AH dulciſſime deus ꝙ crudeliter et abſq; mia miſtri tue mortis tā pēnoſe te cōclauatū cruci cū cruce te eleuauerūt. ꝛ crucē cum tuo corpe trūco

ad hoc facto violenti potētia imposuerunt
et intruserūt· ꝙ om̄ia mēbra ⁊ articuli diſ
iungebant ⁊ collidebant· et om̄es vene et
nerui ad rupturā tendebant· Ach dn̄e Je
ſu ꝙ̄ miſerabilē vocē dabas· Ach q̊tiens
p̄ magno doloꝛe o we vnd we acclamabas
Heu ꝙ̄ miſerabil'r dn̄e pendebas· Crux
fuit alta ⁊ coꝛpus tuuꝫ magnū ⁊ pondero
ſum deoꝛſuꝫ deſcēdebat· Sed ꝑpter affixio
nem pedum genua cum coꝛpe cruciata de
cruce ſe aliqual'r declinabant· acſi coꝛpus
de cruce vellet cadere apparebat· Ach dn̄e
Jeſu quō tuuꝫ coꝛpus delicatiſſimuꝫ tam
hoꝛribilē paſſionē tanto tempe a ſexta vſ/
ꝙ ad nonā ſufferre potuit· Nam ex vio/
lenti crucis eleuatione· ⁊ eius infixiōe vul
nera tuaꝝ manuū ⁊ pedum ſe ampliabāt
Claui ipſa vulnera lacerabant· et talis
ampliatio ⁊ vulneruꝫ laceratio etiam fie
bat ꝑpter ponderoſitatē coꝛpis qd̄ conti/
nue ſe laxabat· Ach ſanctiſſime deus· quā
ta fuerunt toꝛmenta in tuo toto coꝛpoꝛe· ⁊

in brachijs que cōtinue propter corporis
grauitatē pendētis ⁊ deſcendentis magis
tendebant· ⁊ vulnera manuū plus ⁊ plus
ledebant· Ibi eñ dulciſſime dñe in cruce
pendebas· nec aliud ſuſtētaculuȝ q̄ꝫ ꝑ ma/
nus et pedes clauis ferreis affixos habe/
bas· nec aliquā manuȝ vel pedeȝ ad te tra
here vel extēdere valebas· nec de latere vno
ad aliud· ſicut alij infirmi ꝓ requie vertere
te poteras Quis vnq̄ꝫ audit ⁊ audiuit ali
quē infirmuȝ in tanta impotentia· miſeria
et dolore ſicl legit̄ de nr̄o īfirmo ſaluatore
Ibi eñ pendebas inter duos latrones ti
bi adiunctos confuſibiliter in ſocios· ⁊ ig
nominioſe nudus in crucis patibulo co/
ram omni gente ⁊ populo· quod nuſq̄ꝫ eſt
comꝑtum· nec de aliquo peſſimo malefac/
tore exꝑtum· O quanta iniuria et indig/
natio eſt tibi oſtēſa dñe totius mundi do/
minatore· Tibi eñ totus tuus mundus
quē creaſti negatus eſt· tanq̄ꝫ tu nullū ius
in ipō haberes· et vbiq̄ꝫ confuſus fuiſti· et

opprobria ꝑ me dn̄e ſuſtinuiſti. In beth/
leem nō es hoſpitatus. ſ; in diuerſorio na/
tus ꝛ in p̄ſepio reclinatus. In egyptū ex
tra patriā exulatus. In horto ꝛ campo ca
ptus ꝛ ligat⁹ In domo pontificū a creatu
ra tua ceſus ꝛ colaphizatus. Ab Herode
illuſus ꝛ infatuatus. A Pilato flagella/
tus ꝛ coronat⁹. In platea cruci ſubligat⁹
Extra ciuitatē crucifix⁹. In patibulo ſuſ/
penſus ꝛ in aerē leuatus. q̄ſi tu potētiſſime
dn̄e nō eſſes dignus in terra habere locū
cū homine. O dn̄e trahe me ad te vt non
maneā in luto terrene cōcupiſcentie. ꝛ ad
iunge me tibi vt tecum crucifigar ꝛ mun
do moriar et tibi viuam.

De dolore Marie

O Maria meſtiſſima dn̄a. cogitanti
mihi de cumulo doloꝝ tuoꝝ ꝛ penaꝝ que
cōtinue videbant̄ augmētari. plus flere li
bet q̄ꝫ aliquid dictare et meditari. Cuius
em̄ ſaxeū coꝛ tanta lachꝛymaꝝ tuaꝝ effu

ſio ad exemplū lachrymādi nō emolliat.
Tu eñ triſtiſſima dña ſeorſuꝫ extra ꝑplm̄
ſtetiſti ⁊ ſingulas afflictōes filij tui vidiſti
crucē cum corꝑe eleuari et trunco intrudi
magna violētia ꝯſpexiſti. mēbra ⁊ articu-
los brachioꝝ. ⁊ totiꝰ corꝑis diſſolui. diſ-
iungi. frangi. audiuiſti ꝑplm̄ gaudēter in-
ſultare in filiuꝫ tuū ſuſpenſuꝫ. Ach vnd we
pre dolore cepiſti clamare. Ach dulciſſi-
ma dña q̊tiens exanimis ad terram ſedi-
ſti. cōtinue fleuiſti et ploraſti. manus inceſ
ſanter torq̄ns ꝑ caput tuuꝫ eleuaſti. te mo
ri ꝑ tuo filio dilecto deuꝫ patrē exoraſti.
Ach Maria q̄ꝫtum iſta verecundia dolo
rem tuuꝫ ampliauit qñ filium tuū vidiſti
nuduꝫ in cruce pendentē. ⁊ oēm ꝑplm̄ eius
pudibūda videntē. Ach Maria q̄ꝫtuꝫ ite
rum dolebas. qñ tam doloroſa voce a filio
tuo ſanguine exhauſto oim̄ humore natu
rali ꝯſumpto audiebas. qꝫ p̄ nimia aridi-
tate ⁊ debilitate ſitiuit. ⁊ potum petiuit. et
nemo illi dabat. ſed ꝑplus peruerſus. vt ſi

lius tuus ſe nõ reficeret ſed potius vt defi-
ceret·ſibi acetuꝫ felle mixtuꝫ in maiorẽ pe-
nam ꝓpinabat·Ach potentiſſime deus ad
q̃ntam miſeriã tu ꝑueniſti·qui vinuꝫ crea
ſti ⁊ dediſti·⁊ aquã ab homine habere non
potuiſti·O de clemẽtiſſima Maria: quã
tum tua creuerunt amplius tormẽta·qñ
lamẽtabili voce a filio tuo pendẽte in cruce
cõqueri audiuiſti·ꝙ eſſet a patre ſuo et ab
om̃ibus hom̃ibus derelictus·nec aliqđ ſo
laciuꝫ ⁊ auxiliũ a q̊cunqꝫ haberet ſꝫ in ma
nibus inimicoꝝ penderet q̃ inceſſanter ip
ſum deriſerũt·Capita ꝯtra ipm mouerũt
dentibus ⁊ aptis labijs fremuerunt·eum
inclamauerũt·⁊ om̃ia mala q̃ excogitare
potuerũt verbis et factis penoſis ipſi intu
lerunt·Ach pijſſime deus quanto veneno
fraudis et malitie fuit populus quẽ crea-
ſti ꝓpter quẽ pati veniſti·repletus·ꝙ nul-
lã miſericordiã tibi oñdebat·nec aliquaꝫ
cõpaſſionẽ tecuꝫ habebat·Signaqꝫ mani
feſta doloris eaꝝ apparebãt·Nã chariſſi

me dñe angeli pacꝭ q̄ in natitate tua gau-
debant· canticū laudis decantabant· gau
diū ꝓnunciabant· mō amare flebāt ⁊ do-
lebant· ꝙ egreſſus tuus de mūdo debebat
eſſe tā doloroſus · cuius ingreſſus fuit ita
gaudioſus· Item ſol ⁊ ſtelle tibi dñe con
doluerunt · q̄ in tua natiuitate et aduentu
mundū illuminauerunt· ⁊ mundo quoti-
tidie gaudium ꝑ illuminationē inferunt
ſuos radios abſcōderūt· tenebras emiſe-
runt· nec videre potuerūt tanta mala que
hoīes cratori eoꝝ intulerunt· Itē terra ti
bi dñe cōdoluit que cōcuſſa eſt ⁊ tremuit·
ꝙ te cū tantꝭ iniurijs portare debuit· Itē
petre ⁊ diuerſiſſimi lapides mollicië miſe-
ricordie oſtēdebāt· ⁊ tibi dñe cōdolendo ſe
ſcindebāt· Itē mortui ⁊ inſenſibiles hoīes
tibi dñe ꝯdolebāt· ⁊ ſepulchra eoꝝ aperue
runt· ⁊ te libēter iuuiſſent ſi potuiſſent· Itē
tibi dñe ꝯdoluerūt aues q̄ in arborib⁹ ca-
pita ſua inclinauerūt ⁊ gemuerūt· ⁊ aīalia ī
campis· in ſiluis magnos vlulat⁹ fecerūt

Ve mihi miſero om̄i creature deteriori et
peiori·cuius cor lapidibꝰ eſt durius·inſen
ſibilius mortuis terr..·⁊ alijs creaturꝭ im
mobilibus·ꝙ tanta paſſio creatoris mei
ꝓ me facta·nõ põt ad planctum emolliri·
nec aliqđ ſignuꝫ cõpaſſionis in eo expiri·
Ach quãta abuſio·aliqñ cõpatior vni hoi
hñti vnuꝫ vulnus·vnuꝫ defectuꝫ ⁊ ſibi ſuc
curro ⁊ ſubuenio·⁊ deo meo habenti plura
magna vulnera pro me ſibi inflicta i nul
lo cõpatior ⁊ ꝑtranſeo

Quare et ad quã vtilitatem Jeſus xp̄us talia pati voluit

DA mihi dñe cognoſcere ꝙ tu vole
bas cuꝫ cruce eleuari et in aere pē
di ꝓpter me·vt te ꝓpter me hoiem
mori cognoſcerē· et om̄es paſſiones tuoꝝ
membroꝝ viderē·Ve mihi hoi indurato·
ve mihi de tantis bñficijs ingrato·Ve m̄

ꝙ paſſio dei mei ꝑ me facta·nullū effectū habet in me·nec attēdo eius dilectōem·ꝙ intantū ꝑ me vulnerari et pati voluit·tota die oñdit mihi expāſus in cruce ſua vulnera manuū ⁊ pedū ⁊ oim mēbroꝝ· et caput ad me inclinat· q̄ſi dicat·ad te clamo te inſpicio q̄ pro te patior· Uide manus meas vulneratas· vide pedes meos·vide totū corpus meū cruentatū et afflictum pro te·⁊ ſup omnē dolorē meum·dolor eſt maior interior ꝙ te ingratū experior·

Impetratio fructus huius paſſionis

Rogo te dñe Jheſu: vt quotidie in corde meo crucē paſſionis tue ꝑ cōtinuā memoriā erigas· ⁊ me tuā paſſionē ꝑ gratiarum actiones te cognoſcere facias· vt tua paſſio me ad vitam eternā ꝑducat· Quā mihi Jeſu chriſte cōcedas·qui cū deo patre viuis ⁊ regnas

¶ Hora decima octaua
de morte Chriſti

DEus in adiutoriuz meum intẽde.
Domie ad adiuuãduz me feſtina
Gl'a patri. Sicut erat. ꝛc̃.

Fundamẽtũ meditatiõis

Adiuua me dñe Jhe
ſu criſte deuoto cor
de meditari: ꝙ tu mor=
tuus in cruce fuiſti

¶ De miſerabili morte
dñi noſtri Jeſu criſti.

ACh Maria hora nona tpl'o fati
gato ꝛ fame cruciato ꝑ maiori ꝑ
te. ciuitatẽ ingreſſo. Alij cum leti
cia. Alij cum magna triſticia. tibi locus

accedendi ad crucem patebat. ⁊ cum Jo
hanne ⁊ tuis ſororibus. et alijs amicis vtri
uſqꝫ ſexus ad crucem acceſſiſti. manus ex
pandiſti. ⁊ libenter filiuꝫ tuum taliter cru
ciatum fuiſſes amplexata et cõſolata. ſed
propter altitudineꝫ crucis ipm̃ attingere
non potuiſti. Et crucem in magno dolore
planctu ⁊ fletu brachijs tuis circunueni
ſti. Oculos tuos dolenter ſubleuaſti. Fi
lium tuuꝫ inſpicere et ei loqui voluiſti. ſed
pre dolore ⁊ fletu nec verbum in ore habu
iſti. Tu em̃ vidiſti eius caput pre debilita
te inclinatum. ⁊ vndiqꝫ ſpinis vulneratuꝫ
Tu inſpexiſti eius faciẽ maculatã ⁊ defor
matã. quã olim totiẽs inſpexiſti cuꝫ mag
no iubilo. ⁊ p̃ filijs hoĩm ſpecioſaꝫ Vidiſti
oculos ſuos qͥb⁹ totiẽs te tã amicabil'r re
ſpexit lachrymis plenos. ⁊ pre fletu ⁊ ſang
uine ſupcurrẽte ita obumbratos q̃ te nõ
potuit videre. Ach Maria quãtum tũc
cepiſti flere ⁊ dolore. Tu em̃ inſpexiſti os

eius palliduȝ ⁊ labia exiccata· que totiēs
olim fuiſti oſculata· Tu em̄ manus et pe-
des affixos groſſis clauis vidiſti· et om̄ia
alia mēbra q̄ totiens tā materno amore
et gaudioſe ꝯtrectaſti· mō ita miſerabiter
ꝑtractata· vndiqꝫ cruentata ⁊ vulnerata
conſpexiſti· Ach Maria quō ibi ſtabas·
nunq̄d iuxta crucē· imo certe cuȝ filio tuo
in cruce· ibi em̄ crucifixa fuiſti cū filio· Et
q̄cq̄d filius tuus paſſus fuit in corꝑe· tu i
corde· Et eius vulnera in corꝑe ſuo mul-
toꝝ mēbroꝝ diſꝑſa fuerunt tuo cordi vni
ta· Ibi em̄ cor tuuȝ fuit clauis doloris per
foratuȝ· aceto ⁊ felle potatuȝ· irriſum· il-
luſum· crucifixuȝ· O dn̄e Jeſu xp̄e affectuȝ
quē debebas matri in vita· nō negabas ei
in morte· Sciebas em̄ ꝙ gladius paſſio-
nis tue ꝑtranſibat aīam eius· ⁊ quicq̄d tu
ſuſtinebas in carne hoc ip̄a in aīa· Et q̄a
ſub cruce ſteterat inceſſanter flens et plo-
rans ⁊ eiulās· tu dn̄e Jeſu vocē tue matris
agnouiſti· ſicut agnellus noſcit voceȝ ma-

tris· ⁊ os tuū eſſe ex oſſibus eius· ⁊ carnē
tuā ex carne ſua cognouiſti· Ideo filium
aliū ꝓ te ei Johannē dediſti· ⁊ eā Joanni
in matrē tribuiſti cū dixiſti· Mulier ecce
filius tuus· Ach Maria quā cōmutati-
onem ibi feciſti· ſeruuz pro dn̄o· creaturaz
pro creatore· militem pro imparatore· diſ-
cipuluz pro magiſtro recepiſti·

Hic moritur in cruce dn̄s noſter Jeſus criſtꝰ·

Eya meſtiſſima dn̄a q̄ʒtum hoc le-
ſit cor tuū maternuz· q̄ inceſſant
ad filium tua v̄ba direxiſti· nec ti-
bi rn̄dere p̄ infirmitate potuit· Sed agoni-
zans oībus viribus ꝯſumptꝰ· oībus ope-
ribus ad voluntatē patrꝭ ꝑ redēptōe gn̄is
huāni ꝯſummatꝰ· caput ſuū inclinauit ad
te tanq̄ʒ tibi daret vltimū vale· ⁊ horribili
voce fracto corde palleſcenti ore ⁊ facie pr̄i
ſpiritum ſuum cōmendauit ⁊ expirauit

Quod tu doloroſa dña nõ aduertiſti· ſed
vna mulier tibi aſſiſtens appropiauit et
dixit· Ecce dña mõ filius tuus mortuus
eſt ⁊ expirauit· ¶ Ach triſtiſſima domina
quãto dolore· cui null⁹ dolor ſilis· ad filiū
dixiſti qñ ipm mori ſenſiſti· O dilecte mi
fili noli me ſupſtite· ſolus mortē pati que-
ſo· fiat ſilis mors matris atqꝫ nati· Suc-
curre meo magno dolori· nolo ampli⁹ vi
uere ꝫ tibi cõmori· O fili dilectiſſime qd
faciet miſera mater tua· cui me relinquis
O fili mi dilecte: memēto mei ⁊ oīs fami-
lie tue· ⁊ oīm q̄ tibi ſeruierūt· Et ego miſe
ra in manus tuas· ⁊ in manus patris tui
cõmendo meipſam ⁊ meā familiā· O de⁹
pr̄ in manus tuas ꝯmēdo filiū tuū ⁊ meū
Ach quãto dolore tunc oēs amici viri ⁊
mulieres plorabant· pectora ſua percutie-
bant· ⁊ reuertētes ad ciuitatē dicebant·
Vere hic homo iuſtus erat· Et videntes·
terremotus ⁊ alia ſigna mirabilia dixerūt
Vere filius dei erat iſte· Ve nobis miſe-

ris hoībus q̄ nō attēdimus q̄s xp̄tus et q̄
lis pro nobis p̄pēdebat in cruce ꝓ peccatis
noſtris· nō pro ſuis a q̄bus fuit imunis·
mortuus eſt·cuiꝰ mors mortuos de ſepul
chro viuificat· duros lapides mollificat·
cuius trāſitū ſol celū terra ⁊ oēs creatu/
re lugēt· ⁊ ꝯpaſſione naturali ſe imutant·
O cor huānū omī terra ⁊ lapide durius
ſi ad huius rei memoriā nō emollꝭ· Quis
ergo dabit capiti meo aquā: et oculꝭ meis
fontem lachrymaꝝ· vt poſſim flere die ac
nocte mortē ⁊ paſſionē dñi· q̄ nō ꝓ pctīs
ſuis vulneratus attritꝰ ⁊ cruci ꝯclauatus
ſed ꝓ meis. Quis ergo ego ſū dñe Jeſu
pro q̄ mori voluiſti. Ecce vere ſi me nō di/
lexiſſes ꝓ me mortē nō ſuſtinuiſſes· Plus
eñ dilexiſti vitā meā q̄ȝ vitā tuā· plus me
q̄ȝ te· Tu volebas vitā tuā ꝑdere·vt ꝑ mor
tem tuā faceres me viuere· Ve ergo mihi
ſi te nō diligo· ſi tibi nō cōpatior· ſi tanta
ſigna dilectiōis nō attendo· q̄ dediſti nob̄
carnē in cibū·ſanguinē in potū· ſudorē in

medicinā·aīam ꝓpriā in redemptionem·

De apꝛrtiōe laterꝭ Jeſu

O Maria q̄ꝫtum fuerūt commota
tua materna viſcera· qū Longi/
nus nō parcēs tuo moꝛtuo filio·
ſed tā crudelr̄ latus eius lancea trāſfixit et
coꝛ ꝑforauit qꝫ ſanguis et aq̄ emanauit·
O dn̄a q̄ꝫ libēter tantā crudelitatē impedi
uiſſes ſi potuiſſes· O q̄ꝫ ſerioſe coꝛ tuuꝫ a
Longino trāſfigi deſideraſti Et ibidē mo
ri cuꝫ filio tuo adoptaſti· Eya dulciſſime
dn̄e q̄ꝫ vehementi amoꝛe amplexat⁹ es me
hoīem· qū ꝑ me exiuit ſanguis de coꝛde· aq̄
de latere· aīa de coꝛpe Ecce apta eſt apothe
ca oībus aromatibus plena· Intra ergo
fidelis aīa ꝑ feneſtras ⁊ foꝛamina· ⁊ acci/
pe medicinaꝫ ſanatiuā a ſummo medico
cōfectā Ibi q̄cunqꝫ ſpēs ⁊ ēplaſtra ⁊ potio
nes accipe· ibiqꝫ delicata electuaria inuenies
Si etiā volueris ſuauiſſimis vngētis deli
niri· tūc intra ꝑ illa vulnera dn̄i· O q̄ꝫ btā

lancea· O q̃3 beati claui q̃ hanc apertionē
facere in tanta apotheca meruerunt· Uti/
nā fuiſſem ego loco lancee nō exiuiſſem de
latere ſ3 dixiſſem· hec reqes mea in ſcl'm ſe/
culi· hic habitabo qm̄ elegi eā in habitudi
nē· Utinā fuiſſem loco clauoꝝ ꝛ lācee dix
iſſem· faciam⁹ hic tria taberna cula· In pe
dibus vnū· In manibus vnū· ꝛ in latere
vnū· Ibi enī in latere quieuiſſe3 Ibi om̄ia
negotia tractaſſem· et ad coꝛ dn̄i mei ꝓpe
me locutus fuiſſem ꝛ impetraſſe3 quicq̃d
voluiſſe3· Heu cecitas immēſa filioꝝ adā
O q̃3 magna inſania· apta ſt̄ vulnera et
nemo intrare deſiderat O nos ſtulti ꝛ tar
di coꝛdis q̃d ad poſſidendu3 aliqͦ vanū ꝑ
inepta foramia introim⁹· ꝛ inde multoti/
ens exire nō poſſum⁹· ꝛ ad poſſidendū filiū
dei ſummū bonū ꝑ aptas vulneꝝ ianuas
nō intramus· An ignoramus ꝙ chriſtus
eſt oſtiū vite eterne et gaudiu3 beatoꝛum·
Cur ergo tardam⁹ ꝑ ſui coꝛpoꝛis oſtia in
illud gaudiu3 introire· quō g̃ inſanimus

ꝙ beatitudo angeloꝝ patet ⁊ circunſtans
paries ē ꝯfractus ⁊ intrare negligim⁹. O
btā lancea. tu nobis ianuā vite aperuiſti.
Hec porta dn̄i p̱ eā intrabūt iuſti. Aperi ḡ
dn̄e mihi hāc quā peccatoribus feciſti.

Quare et ꝓpter quā vtilitatem Chriſtus Jeſus mori voluit

O Res miranda. vita morit̃. ⁊ qui
dat oībus creaturi vitā interfici
tur. Sol in meridie occidit. Oīs
creatura gemit. Sz q̄re dn̄e Jeſu mori vo
lebas ⁊ tanta pati ꝓpter me. Vere dn̄e Je
ſu tu in oībus mēbris tuis a plāta pedis
vſq₃ ad verticē volebas ſuſtinere amariſſi-
mas paſſiones ⁊ penas ꝓpter me. vt me a
pena eterna quā incidebā ex peccatis cū oī-
bus ſuis membris cōmiſſis abſolueres.
Tu volebas dare corpus ⁊ aīam ꝓ me. vt
me in poteſtate diaboli exiſtentē corpore et

aīa ꝓpter pctã mea ab ipõ me redimeres
Tu dñe Jeſu fuiſti immortal᷑· impaſſibil᷑·
et mortal᷑ ⁊ paſſibilis factus es ꝓpter me
vt me paſſibilē ⁊ mortalē ꝑ tuã paſſioneꝫ
et mortē immortalē et impaſſibilē in tuo
regno faceres· Tu volebas mori morte
corꝑali ꝓpter me: vt mihi ſpiritualē mortē
et viciorꝝ cõtritionē faceres· Et mihi ſpiri
tualē vitã cuꝫ virtutibꝰ in pñti ⁊ eternã in
futuro ꝓcurares· Tu volebas cor tuū aꝑ
riri ꝓpter me· vt te me ex toto corde dilige
re oñderes· O ſanctiſſime deus q̃ꝫ ſufficiē-
ter dilectionē tuã hoi oñdiſti· Tu em̃ ꝓpt
me de celo deſcēdiſti· naturã huãnã aſſum-
